

00 2

nde
rerr





ndo i

um, & fru-

atione, & cf-

ad tem-

de

De

pus, acienda, & Vita, &

De Partu, & Fr, Morte.

De Purgatione mora.

De Contractibus Minorum.

De Horis canonicis, Fajunio, &

Celebratione Sacrorum. Et

ali innumera Quæstiones tra-

in proximo Indice in-



A
leolo



id

tra qu
acienda,

uende, &
& de illiusfr.

Sammelband

PA
325.



7. n

DOCTRINA
IMPERII
ROMANO-GERMANICI
HODIERNI
IN USUM INCIPIENTIUM

TABULIS COMPREHENSA,

AUTORE

M. JAC. THOMASIO, ACADEMIÆ
PATRIÆ LIPSIENSIS PROF.P.

Cum Gratiâ & Privilegio Sereniff. Elector. Saxon.



LIPSIÆ,
SUMPTIBUS GEORGII HEINRICI FROMANNI,
BIBLIOPOL.
LITERIS JOHANNES COLERI.

ANNO M DC LXXII.

DOCTRINA
IMPERII
ROMANO-GERMANICI
HODIERINI
IN USUM INCIPENTUM
TABULAM COMPLETAM
ALTIORUM
M. SAC. THEOLOG. FACULTATIS
PAULI EPISCOPI
Cuiusmodi Privilegia Germanici Imperii



LEIPZIGI
SUMPTIBUS GEORGII FRIDERICI FROMMANNI
LIBRARI
LEIPZIGI JOHANNES COLLER
ANNO MDCCLXXII





Generosi atq; Strenui Iuvenes,

Dn. ADAME FRIDE-

RICE à *Dölan/*


in Ziegrau, Tiefenau & Gossengrün/

DN. CHRISTIANE

VVILHELME à *Lhumshirn/*

in Bonitz, Probitz, Lobma/

Patroni atq; Fautores summopere devenerandi!



Multis jam annis, ex quo tempore Do-
cterinam Imperii Romano-Germanici
hodierni in Tabulas redegit, Excellen-
tissimus in hac Academiâ Professor.

Dn. M. Jac. Thomastus, nullis precibus
is adduci potuit, ut luci publicæ ocu-
lisq; omnium eas exponeret. Sibi enim

discipulisq;, quos filios suos Viri Summi & Optimi tum
aliis humanitatis artibus, tum Juris Publici elementis
imbuendos ejus fidei prorsus tradiderant, istud fecerat
Compendium, de cætero nihil se peccare arbitratus, si
premeret, iisq; publicè juventutem instituendi atq; e-
rudiendi munus relinqueret, qui hanc partem studio-
rum sibi propriam vendicant. Enim verò non defue-
runt hæctenus Methodi, Compendia, Tabulæ, Ideæ,
quibus illa doctrina brevi circumscibitur ac definitur;
quotquot tamen in eandem *Thomastium Nostrum* au-
diverant operam ac studium aliquod contulisse, multã
curam diligentiamq; quærendo adhibuerunt, ut apud
discipulos ejus nanciscerentur, suoque commodo has
describerent Tabulas. Nam tum ex Philosophiæ Pra-
cticæ Tabellis, perfectis ingenio, elaboratis industriã
Virum noverant, non solum in rebus ordine, sed etiam
momento quodam & judicio disponendis, definiendis,

à se dividendis & discernendis singularem artificem & Magistrum, cujus vestigia ipse Plato sequeretur: tum in primis in hac Juris Publici Dispositione doctissimis Sapientissimisque placebat, quod per designata magni itineris spatia, in Prudentiæ Civilis Publicæ penetralia, vel uti manu discipulos duceret; quibus compendiosis iisque; facilibus atque expeditis tramitibus, qui ire didicissent, in vasto deinceps hujus disciplinæ campo sine errore aut lapsu, ipsum Reip. corpus facile concussuro, versarentur. Quare neminem Viri judicandi facultate præditi, in hoc scriptionis genere ei parem, omnibus autem eundem anteferendum judicabant; quippe qui diffusâ quidem Juris notitiâ instructi ad Epitomas concinnandas accesserint, absque; profundâ tamen Philosophiæ scientiâ non æque potuerint exquisitè ac concinnè suo quidque; loco reponere, definiendo evolvere, atque; in species certas, ut nulla neque; prætermittatur, neque; redundet, partiri ac dividere. Interim, dum in scriiniis Eruditorum servatur hoc Compendium, fuere quidam, qui instituendo docendoque; alios magno applausu venditarunt pro suo, vix fore opinati, ut in manus omnium veniret, atque; à sese rem furtivam ex Atiniâ lege vindicari licere constaret. Ego verò sciens quanto ardore alia hujus Viri scripta Physica, Logica Metaphysica, Rhetorica meis impensis excusa expetantur, quamque; avidè jam diu, his litteris addicti, Juris Publici Tabellas expectent, operam meam, laborem meum, facultates meas pro istis exprimendis ultrò obtuli. Dedit igitur Auctor, precibus meis tandem cedens, in manus meas, sed ita, ut quasi etiamnum invitè magis quam spontè faceret, omnem à se curam fere abjecerit. Inde cum in meâ potestate esse cœpisset, nuncupare, cui vellè, hanc Juris Publici Delineationem, non diu multumque; mihi deliberandum fuit. Obversabatur enim ante oculos meos quotidie, Vestra, Generosi atque; Strenui Juvenes, illa eximia erga me benevolentia singularisque; humanitas, ob quam in Officio erat, multum Vobis tribuere. Non putavi autem, aut commodiorem mihi fore propè occasionem, aut me aptius majusque; quid, in exiguis meis
facul-

facultatibus posse reperire, ad declarandam *Vobis* justā
 ac debitam gratiam, quam si has *Juris Publici Tabulas*
Generosæ Vestris Nominibus, inscriberem. Nati estis
 generosâ stirpe, & inclinatione, quam est in plebejis ho-
 minibus, majore, à paternis avitisq; virtutibus hæredi-
 tario veluti jure accepta, in illustrandam Nobilitatem
 vestram & Rempubl. ornandam propendetis. De qua
 vestra præclara indole loqui atq; judicare eos audio, qui
 studiorum vestrorum rationes habent perspectas. Mul-
 ta ipsi legitis, multa auditis, quæ populi domi militiæq;,
 mari atq; terra præclara facinora fecerunt, attenditisq;,
 quæ res maximè tanta negotia sustinuisse. Jus Utrum-
 que Privatum pariter, quod ad singulorum utilitatem
 pertinet, & maximè Publicum, quod ad Statû Rei Ger-
 manæ spectat, perdiscitis atq; cognoscitis; qua sanè di-
 ligentia Nobili profapia oriundis alia magis utilis salu-
 tarisq; incumbere nequit. Solent nempe Ortu *Vobis*
 Pares, & jure meritoq; quidem, Summi Germaniæ Prin-
 cipes in consilium secretius assumere, eorû arbitrio Pacis ac Belli
 negotia administrare, legationes splendidiore iisdem deferre.
 Quibus tam arduis tamq; difficilibus officiis atq; muneribus ne-
 mo vel ex sententiâ Principis sui perfungi, vel ex utilitate Reip.
 vel ex suâ dignitate poterit, nisi qui Juris Publici intelligentiâ præ-
 stet. Quæ cum ita sint, nullus dubito, fore, ut nō solum, *Generosa A-*
nima, me judicio non lapsû esse existimetis, sed & quâ gratâ atq;
 acceptæ hæ *Vobis* sint, quas offero. Præceptoris Vestri dilectissimi
 honoratissimiq; Tabulas, oculis vestris, ore vestro, vultuq; signi-
 ficetis. Reliquam vestram omniumq; Eruditorum expectatio-
 nem, quam Tabularum ab eodem Auctore in Grotii Opus de
 Jure Belli & Pacis operosè concinnatarum jamdudum concitavit
 celeberrimus Argentinensis Professor Joh. Henr. Boeclerus
 publicâ commendatione, prece atq; obsecratione de iis, in pu-
 blicum commodum edendis, quamq; nuper specimen exhibitû
 auxit, alio forte tempore explebo; cum eas, quâ spem habeo non
 exiguam, in multam partem perductas Vir idem Doctissimus
 prorsus confecerit. Interea, Generosi Juvenes, qui damnû quod
 recenti obitu *Boecleri* bonæ literæ fecerunt, deploratis; *Thomasio*
 nostro vitam atq; sanitatem mecum apprecati Valet, ut in id,
 in quo estis studio, incumbere, & Rempubl. aliquando in parti-
 bus ejus *Vobis* credendis gubernare feliciter possitis!

Dabam Lipsiæ a. d. 30. Septembr.
 An. 1672.

Vestrarum Generosarum atq; Srenuarum
 Dignitatum

Cultor observantissimus

Georgius Heinrichus Fromman,
 Bibliopola Lipsiænsis.

LECTORI BENEVOLO

M. Jac. Thomafius S. D.

Vartus decimus hoc Septembri menſe, Benevole Lector, elapſus annus eſt, ex quo rogatus ab Adoleſcentibus quibusdam Studioſis editam à Celeberrimo Viro Johanne Theodoro Sprengero, Juris publici Synopſin privatis lectionibus enarravi. In eam rem cum aliis quoq; illius doctrinæ ſcriptoribus, quorum copia tum erat, forem uſus, in ſchedas meas congeſſi qualescunq; annotationes. Ex iis poſtea tabulas quasdam concinnavi, privato ipſas quoq; uſui mihi ſaturas. Cumq; has petentibus non denegaſſem, factum ita eſt, ut per manus deſcribentium ſibi tandem ad Bibliopolam pervenirent. Cui cum perſoasum eſſet, majorem ab iis fructum exſpectari poſſe, ſi typis æneis exſcriberentur; quamquam ſane primam illis manum admoventi mihi nihil in mentem venerat minus, quam fore, ut publicæ luci expeterentur: deeſſe tamen flagitationi ejus nolui; præſertim quòd verendum eſſet, ne vel invito merumperent clauſtra, exitumq; alibi molitæ vultu mendofſore prodirent, quam vel uti volentibus conduceret, vel mihi decorum eſſet. Alioqui fateor, facillime paſſurus eram, ut hæc chartæ vel mihi vel aliis perirent. Nam tametſi mediocrem diligentiam adhibuiſſe me in iis concinnandis memineram: mihi tamen illæ neutiquam ſatisfaciebant, tum quòd interrupto aliis negotiis labore natæ eſſent; tum quòd ad totum iſthoc genus doctrinæ impulſu magis alieno, quam meâ ſponte fuiſſem incitatus. Accedit, quòd ex eo tempore doctiſſimorum quorundam hominum ſuper hoc argumento lucubrationes eâ prodierunt, è quibus haud dubium eſt Tabellas noſtras non parum adjuvari, ut meliores prodirent,

rent, potuisse. Mibi verò, ut incudi eas redderem, & crescentibus occupationibus otium, & ætate decrecente cupiditas defuit. Quamobrem talibus contentam esse Te, Amice Lector, oportebit, quales primum calami nostri crenam exierunt. Nihil enim, nisi paucissima mutavi; nihil, nisi Tabulæ XXXVIII. Vicariorum Imperii nostri descriptionem, (de quibus dicere in primâ consignatione nescio quomodo fueram oblitus,) præterq̃ hanc, Tabulam generalem addidi. Cæterum non nisi incipientibus me scripsisse vel ipse titulus profitetur. Quibus si hæc Tabulæ in id proderunt, ut & in conspectu ordinato memoriæ, & in distinctionibus judicii habeant subsidia, & ad uberioris doctrinæ, (quis enim tam vastum pelagus tam paucis exhauriat pagellis?) excipiendas aliunde divitias incitentur, hisque omnibus in Divini Numinis gloriam utantur præcipue: satis mihi fructus pro qualibuscunq̃ laborum, impensis percepisse videbor. Quod si errasse alicubi, (id quod in hæc doctrinâ non paucis eruditissimorum, hominum contentionibus impeditâ facile potuit contingere,) deprehendar: non is ero, qui clarè mihi demonstratum errorem pertinaciter defendam. Vale Lector, & hoc rerum turbulento statu Imperii Romani salutem piis precibus DEO commenda. Scrib. Lipsiæ d. 25. Septembr. Ann. 1672.

TABU-

TABULA TABULARUM in DOCTRINAM IMPERII ROMANO- GERMANICI HODIERNI.

Hujus

<p>{ <i>Natura & constitutio</i> } explicatur { <i>Partis</i> } instituitur in partem</p>		Tab. I.
<p>{ <i>Generalem</i> } de Statu Imperii hujus in genere quoad { <i>Specialem</i> } : Cujus duæ Sectiones: Prior de IMPERATORE. Cujus</p>	<p>{ <i>nomen & formam</i> } { <i>amplitudinem, insigne & Catalogum</i> } Imperatorum</p>	<p>II. III</p>
<p>{ <i>Definitio, & Nomina</i> } seu Tituli { <i>Jura</i> } explicantur, tum</p>	<p>IV.</p>	
<p>in genere</p>	<p>1. primariorum precum 2. creandi Reges, Principes, Duces, Landgravios, Marchiones, Comites, Barones 3. - - Nobiles, Equites, & Comites Palatini 4. erigendi Academiæ 5. condendi legem universalem 6. extenæ provocacionis 7. creatorum Magistratum 8. circa Judicia Prætoria 9. cognoscendi de Feudis Imperii majoribus 10. declarandi in Bannum 11. dandi veniam ætatis 12. restituendi famam 13. absolvendi à juramento 14. concedendi moratoria 15. circa vias publicas 16. - flumina 17. - monetam 18. - vectigalia 19. - collectas 20. dandi Civitatem 21. - nundinas 22. Stapularum 23. constituendi ferias generales 24. circa comitia 25. postarum 26. represaliarum 27. Belli 28. Fœderum</p>	<p>V VI VII VIII IX X XI XII XIII XIV XV XVI XVII XVIII XIX XX XXI XXII XXIII XXIV XXV XXVI XXVII XXVIII XXIX XXX XXXI XXXII XXXIII</p>
<p>in specie Jus</p>		
<p>Modus ad Imperium perveniendi. Id quod fit per Electionem, de qua quæritur: 1. An sit? 2. Quid sit. Atq; hic attingitur inter alia Modus eligendi quoad actus { antecedentes { concomitantes & consequentes 3. Quotuplex sit? Ubi agitur & de <i>Rege Romanorum</i> Modi, quibus Imperium definit. Ubi & de <i>Vicariis Imperii Romani</i> Coniux, seu <i>Angusta</i></p>	<p>XXXIV XXXV XXXVI XXXVII XXXVIII XXXIX</p>	
<p>{ STATIBUS } seu ORDINIBUS IMPERII. De his in</p>	<p>{ genere, } definitionem & considerationem duplicem { quoad } jurisdictionem territorialem { quoad } { divisionem } { de } ELECTORIBUS: { genere quoad } divisionem & comparisonem { de } { de quibus iterum in } { inter ipsos } { de } { de } { Ecclesiasticis } { de } { de } { Secularibus }</p>	<p>XL XLI XLII & XLIII XLIV XLV XLVI XLVII XLVIII XLIX L LI</p>
<p>Posterior de</p>	<p>PRINCIPBUS CIVITATIBUS LIBERIS Membris Imperii cæteris, qui non sunt statûs, & (immediata ita quidem, ut sint membra Imperii) mediata</p>	<p>L LI</p>

(1.) 20
TABULA I.

*De naturâ & constitutione doctrinae
praesentis.*

QI. Quomodo differunt doctrinae {Politica?} {Resp. {Politica} doctrina con- in genere & in specie.
Imperii?} {Imperii?} {Imperii?} siderat Remp. in individuis e.g. Remp.
Rom, Gallicâ, Hsp, &c.

II. Quot sunt doctrinae Imperiorum? Resp. Tot, quot sunt Individua imperiorum, seu Rerumpubl, e.g. alia est doctrina Imperii in regno Galliz, alia in regno Hispaniz, alia nostri Romani.

III. Quenam doctrina Imperii a nobis est consideranda? Resp. Doctrina Imperii Romani.

IV. In quot partes doctrina Imperii Rom. dividi potest? Resp. in tot, quot sunt ejus periodi & mutationes insigniores. Et ita judicandum est quoq; de aliarum Rerumpubl, doctrinis Imperii.

1. Sub 6, Regibus usq; ad imperium Consulare.

2. Sub Consulibus solis usq; ad Tribunos plebis.

3. Sub Consulibus & Tribunis plebis simul usq; ad Julium Cæsarem.

4. A Julio Cæsare usq; ad Constantinum M. à quo divisum fuit Imp. Rom.

in {Orientale, quod tandem in Turcæ venit potestatem, captâ constantinopoli Anno 1444.

{vexatum à barbaris;

{Occidentale} vindicatum ex parte à Carolo M. circâ A. C. 800.

{quod fuit} & ita translatum ad Germanos, unde vocatur {Romano-Germanicum.

5. à Constantino M. usq; ad Carolum M.

6. à Carolo M. usq; ad Ottonem III. Saxonem, ubi obtinuit successio, teste Lampadio de Republ. Rom. Germanicâ p. 79.

7. ab Ottone III. ad Leopoldum I. ubi invaluit electio Imperatorum. Et ab hoc imprimis tempore inchoatur status imperii Romano-Germanici hodierni.

VI. An doctrina nostra comprehendat omnes periodos Imperii Romani? Resp. Non, sed ultimam tantum, in quâ Imperium Rom. Germanicum cepit esse electivum: unde inscriptimus doctrinam Imperii Romano-Germanici hodierni.

{Aurea Bulla Caroli IV.

{Recessus imperii, Reichs Abschiede.

{Pacificationes, Passavientis & Ol naburgensis, &c.

{Capitulationes Imperatorum.

* Hic notetur canon: *Lex nova derogat veteri.*

non scriptis, quæ sunt Consuetudines. Consuetudines æstimantur ex factis crebro repetitis. Factorum autem custodes sunt Historici. Unde lectio Historiarum multum hic confert.

{Legibus

{scriptis, quæ

{les sunt

{VII. Unde haurienda

haec doctrina? Resp.

partim ex

{Scriptori-

{bus, qui

{sunt vel

{minus periculosi: ut Limæus, Reinking, Lampadius, Sprengerus.

{periculosi tri- plus, quam par est; ut Pontificii quidam.

{buentes Im- minus, quam par est; ut Hippolithus à La-

{peratoribus pido.

* Canon: à periculosis cavendum est incipienti.

{Generalem, de statu hodierni Imperii Romano-Germanici

{in genere,

{&

{Specialem; in specie de Imperatore, Electoribus, & ceteris

{ordinibus imperii.

* Addi potest specialissima de singulis Ordinibus, &c. sed incipientibus ista duæ sufficere possunt.

IX. In quot partes dividitur haec doctrina? Resp. in duas

A

TAB. II.

Circumstantiam & constitutionem hujus doctrinae notentur & Quæstiones.

TABULA II. PARS GENERALIS. De Statu Imperii Romano-Germanici in genere.

Romanum, ratione originis, Dan. Otto p. m. 79. quia à Julio Cæsare, qui sine dubio primus fuit Imperator Romanorum, series perpetua duci potest, usq; ad hodiernum Imperatorem Leopoldum.

Germanicum, ratione subiecti recipientis, Dan. Otto d. I. quia in personâ vel Caroli M. vel Conradi I. aut Ottonis I. translatum fuit in nationem Germanicam, penes quam residet in hunc usq; diem.

Hic explicanda est

1. *Historia hujus translationis*: Ubi

Longobardi tenebant partem ejus jure belli. Romani, ut Domini antiqui tuebantur residuum: sed de eâ periclitabantur à Longobardis. Græci quoq; Imperatores in totum Regnum prætendebant jus.

Græci non poterant subvenire populo Romano. Is igitur imploravit opem Caroli M. Carolus venit, à Longobardis jure belli recepit partem amissam. Facta: Populus Romanus elegit eum Imperatorem, & voce primi civis, hoc est Episcopi Romani proclamavit, perq; ejus manum coronavit. Græcorum Imperator Nicephorus cum Carolo transiit, ut Carolus Occidentis, ipse Orientis Imperator esset.

De Imperio Romano-Germanico hodierno notetur in genere ejus

I. *Nomen* vocatur

2. Q. *An Papa Romanus transfulerit Imperium in Carolum M. (sâc. tanquam causa principalis?)* Resp. Nego, quia tale jus transferendi ipse Papa non habuit. Ergo non potuit exercere, Quod autem hic egit, id egit non sua, sed Romani populi autoritate, tanquam civis ejus primarius. Patet autem ex præcedente historiâ, quod Carolus M. acquisiverit Imperium Romanum jure belli, extorquendo illud Longobardis: partim per Electionem liberam populi Romani: partim per transactionem cum Græco Imperatore.

3. Q. *An illa translatio facta fuerit in nationem Germanicam?* Resp. Aff. Quia Carolus M. fuit

Germanus } Profapia;
 } Patriâ;
 } Linguâ;
 } Moribus;
 } Affectû;
 } Imperiô.

II. *Forma*. Sacrum vel sacrosanctum: Quia sub Imperio Romano Antiquo natus est Christus. Hodiè est *Monarchia*, non simplex sed *aristocraticè mixta*. Quia Majestas divisa est inter Imperatorem & Status seu Ordines Imperii.

Hic considerandæ sunt quæstiones sequentes.

1. *Quævis ejus forma olim fuerit?* Resp. A. Julio Cæsare ad Francorum Cæsarum tempora usq; fuit *Monarchia simplex*, Lampad. part. II. n. 10. p. 65.
2. *Quando Cæsarum potestas imminui cæperit?* Resp. Post Ottonum tempora, Lamp. d. I. n. II. p. 66.
3. *Quomodo imminui cæperit?* Resp. In sacris Pontifices Romani eripuerunt illis jus creandi Pontificem Romanum & Episcopos. In profanis occasione Electionum valde circumscripta fuit paulatim Cæsarum potestas, & cum Status communicata aut divisa. Vid. Lamp. d. I.
4. *An in Imperio R. G. hodie præponderet Monarchia, an Aristocrasia?* Alii affirmant prius, alii posterius. Nobis hic placet *aristoc.*, præcipuè ideo, quia potestas legislativa non est divisa.

III. *Amplitudo*.

IV. *Insignis*.

V. *Catalogus Imperatorum Germanicorum*.

} Vid. Tabulam seqq.

TAB. III.

(3)

TABULA III.

Præcedentis continuatoria.

De Imperio Romano-Germanico hodierno notetur in genere porrò,
 Hodierne reliquæ Imperii Rom. vix quadragessimam portionem veteris Monar-
 chie æquant. Dan. Otto p. 85. & 483. è Filchero.
 Deplunaverunt Aquilam Turca, Gallus, Hispanus, Danus, Principes Italia, Veneti,
 Lotharingus, Helvetii, Belgæ. Dan. Otto ibid.
 Reliquis omnibus de factò subtractis vix Germania facta tecta mansit, Braudilacht
 l. I. c. 2. s. 8. p. 9.

III. Ampli-
do territoria-
lis.

Dividitur autem Imperium Romano-Germanicum
 seu Germania Superior propriè dicta in decem
 Circulos. Qui sunt
 * De his Circulis vid. Vechner. Brev. Germ. c. 2. &
 seqq. Speidel. Notabil. p. 584.

1. Aultriacus.
2. Bavaricus.
3. Francicus.
4. Suevicus.
5. Burgundicus.
6. Rhenanus superior.
7. Rhenanus inf. seu Electoralis.
8. Westphalicus.
9. Saxonicus sup.
10. Saxonicus inf.

IV. Insigne: Aquila eaq; biceps, ad denotandum Imperium Romanum divilum quondam fuisse in
 Orientale & Occidentale: Befold. Thefaur. Præf. f. 22.

	(Carolus M.	Decimo	{	Heinricus VII. Lutzel-
Nona i. e.	Ludovicus Pius.	quarto ab		burgensis.
ab Anno	Lotharius.	A. C. 1300.		Ludovicus V. Bavarus.
Christi	Ludovicus II.	usq; ad		Fridericus Aultriacus.
800. usqve	Carolus I. Calvus.	1400.		Carolus IV. Bohemus
ad 900.	Ludovicus III. Balbus.			Wenceslaus.
	Carolus II. Crausus.	Decimo	{	Rupertus Palatinus.
	Arnolphus.	quinto ab		Sigismundus Bohemus.
	Ludovicus IV. } Franci.	A. C. 1400.		Albertus II.
Decimo i. e.	Conradus I. }	usq; ad		Fridericus III.
ab Anno	Heinricus I. Auceps. } Sa-	1500.		Maximilianus I.
Christi	Otto I. M. }			
900. usq;	Otto II. }	nes.		
ad 1000.	Otto III.	Decimo	{	Carolus V.
V. Catalogus Impera-	Heinricus II. Bavarus.	sexto ab		Ferdinandus I.
torum Romano-Ger-	Conradus II. }	A. C. 1400.		Maximilianus II.
manicorum à Caro-	Heinricus III. } Francus.	usq; ad		Rudolphus II.
lo è M. usq; ad	Heinricus IV. }	1600.		
Leopoldum I. (ex-				
cerptus è Brevia-	Heinricus V. Francus.	Decimo	{	Matthias.
rio Orbis Terra-	Lotharius II. Saxo.	septimo		Ferdinandus II.
rum Petri Bertii:	Conradus III. Suevus.	ab A. C.		Ferdinandus III.
SECU I. O.	Fridericus I. Barbarossa.	1600.		Leopoldus.
	Heinricus VI. }			
	Philippus II. }			
	(Otto IV. Saxo.			
	Fridericus II. } Suevus.			
	Conradus IV. }			
Decimo	Wilhelmus Batavus.			
tertio ab	Alphonfus Hispanus.			
A. C. 1200.	Richardus Anglus.			
usq; ad	Rudolphus I. Habsburg.			
1300.	Adolphus Nassovius.			
	Albertus I. Aultriacus.			

(4.)
TABULA IV.
PARS SPECIALIS.

* Pars specialis dividitur in sectiones duas, quarum una agit de Capite, quod est Imperator, altera agit de Membris, quorum precipua sunt Ordines Imperii seu Status.

Sectio I. DE IMPERATORE Romano-Germanico.

I. **Definitio.** Linnaeus lib. II. c. 2. §. 1. p. 8. sic definit: *Imperator est persona habilis ad capeſſenda Imperii Regimena ex Illuſtri familia Germanica orta ab Electoribus ſecundum leges Imperii fundamentales electaſque Reipubl. Romano-Germanice tanquam caput & Adminiſtrator legitime preſtit.* Addendum videtur: *abſq. conditione mortis alienae, ut dilinguatur Imperator (Der Römische Kaiſer) a Rege Romanorum (dem Römischen Könige).*

Sicut Imperatorem Romano-Germanicum cognoſcenda ſe offerunt ſic lex.

Ante Julium Caſarem Romani Conſules & alios Majores Magiſtratus appellabant *Imperatores*, poſtquam in ſignum aliquam victoriam ab hoſtibus retuliſſent.

Poſtea hic Titulus pro inſigni poteſtatis impoſitus eſt Julio Caſari perpetuo Dictatori creato. Et ita in eo & ſucceſſoribus ejus Regia poteſtas hoc titulo ſignificata fuit. Panciroli. I. I. Theſ. var. l. c. c. 2.

I. *Imperator.*

Ante Julium Caſarem Imperatoris titulum ſolebant poſponere, nominibus ſuis, e. g. *M. T. Cicero Imperator.*

Poſtea Julius Caſar primus decreto Senatûs hoc vertit in pronomine, ſic: *Imperator Julius Caſar.*

Hodie noſtris moribus perinde eſt ſive dicas *Imperator Leopoldus*, ſive *Leopoldus Imperator.*

II. *Caeſar.*

Hoc cognomen initio proprium fuit primo Imperatori Julio.

Poſtea hereditario quaſi jure una cum ipſa dignitate Imperatoriâ tranſit in ſucceſſores.

III. *Auguſtus.*

Cognomen *Auguſti* ſucceſſor Caji Julii Caſaris Octav. aſſumit primû.

Poſtea & reliqui ſucceſſores, perinde ut à Julio Caſare *Caeſares*, ſic ab Octaviano Auguſto *Auguſti* ſunt appellati.

II. *Nomina & Tituli* Appellati ſolet,

* Hic obſerva.

1. Olim certis temporibus diſcrimen fuit inter appellationem *Caeſaris* & *Auguſti*. Nam *Caeſares* qui audiebant tantum, (non Imperatores *Caeſares Auguſti*, non ipſum imperium, ſed conſequendi illius ſpem atq; jus ali-quod habebant tantum; Candidati quidam Imperii & deſtinati heredes, quo loco hodiè Romanorum Reges ſunt: Buchn. in verbò *Caeſar*.)

2. Imperatoris uxor ſolet appellari *Auguſta*.

3. Interdum additur adverbium ſemper: *ſemper Auguſtus*. Quod jam Symmachi tempore factum eſſe probat Buchner in verbò *Auguſtus*.

4. *Auguſtus* ſolet verti germanicè: *Meherer des Reichs*, & ſemper *Auguſtus*, zu allen Zeiten *Meherer des Reichs*, quaſi *Auguſtus* diceretur ab *augendo*, i. e. amplificando imperio, cum tamen augendi vox, quaſtens ab eâ derivatur *Auguſtus*, ſit verbum ſacrorum, & ſignificet conſecrare. Hoſtia enim, cum molâ falſâ reſpergebatur & ſacrabatur, dicebatur *augeri*: Buchn. d. I. Sed ex his Criticis obſervationibus ſiſto publico leges ponere homini privato non licet.

IV. *Sacriſſimus*: quia eſt maximè venerandus. Vid. Panciroli. I. I. Theſ. var. l. c. c. 2.

V. *Divus*.

Olim Imperatores poſt mortem demum & apotheoſin appelabantur *divi*, i. e. in deorum numerum relati.

Poſtea translata eſt hæc appellatio etiam ad viventes adhuc, non ſine notâ ambitionis & adulationis.

III. *Jura* ſeu Regalia ac Reſervata, de quibus vid. Tab. V. & ſeqq.

IV. *Modus perveniendi ad Imperium* per Electionem ſcil. de quâ Tab. XXXIV. uſq; ad XXXVII. ubi & de Rege Romanorum.

V. *Modus quibus imperium ejuſ deſignatubî & de Vicariis Romani Imperii*, Tab. XXXVIII.

VI. *Uxor ejuſ ſeu Auguſta*, de quâ Tab. XXXIX.

TAB. V.

TABULA V.

De Juribus seu Regalibus Imperatoris Romano-Germanici in genere.

I. *Modus habendi.* Quædam Regalia habet Imperator } Solus, & hæc vocantur RESERVATA:
 Cum Electoralibus tantum: }
 Cum omnibus ordinibus seu toto Imperio, quæ vocabantur JURA }
 COMMITIORUM. }

Circa Regalia Imperatoris notetur in genere:

II. <i>Divisio in Regalia</i> num. 28. juxta Synopfin Sprengeri: Sunt enim Regalia Cæsaris.	} Ecclesiasticum unum jus primarium præcum.	} Præmia & honores: {	Jus creandi Reges, Duce: &c.	1.		
			- creandi Nobiles: Comites Palatinos &c.	2.		
			- Academiæ erigendi.	3.		
			Leges: {	Jus legem universalem condendi	4.	
				Jus extreme provocatiõnis, - Magistratus creandi.	5.	
			} Judicia.	- Judicia Prætoria constituendi.	6.	
				- Cognoscendi de feudis majoribus.	7.	
				- In Bannum declarandi.	8.	
			} Secularia circa.	} Dispensationes: {	Jus veniam ætatis dandi, - famam restituendi.	9.
					- absolvendi à Juramento.	10.
- moratoria concedendi.	11.					
Jus veniam ætatis dandi, - famam restituendi.	12.					
} Loca publica: {	- staminum.	13.				
	Jus Monæ.	14.				
} Rempubliam ad ministrandam: {	- Vestigialium.	15.				
	- Collectarum.	16.				
	- Civitatem dandi.	17.				
	- Nundinarum.	18.				
	- Stapularum.	19.				
	- Feras generales constituendi.	20.				
	- Comitias indiscendi.	21.				
	- Postarum.	22.				
} Bellum.	Jus repræfaliarum	23.				
	- belli	24.				
	- fœderum.	25.				

TABULA VI.

De Jure (I.) primariarum precum.

I. *Forma ejus.* Habet Imperator potestatem in quâlibet Ecclesiâ vel monasterio Imperii Romani, vigore primariarum precum, conferendi uni personæ, cui velit, Canonicatum seu simile beneficium Ecclesiasticum.

(Germanicè redduntur: Erste Bitte.

Primariæ } Intelliguntur autem preces non eorum, qui petunt Canonicatum, preces } sed Imperatoris ipsius, aut cui hoc exercitium ipse delegaverit.

II. *Onomatologia.*

Et vocantur preces civiliter, cum sint iusta potius seu mandata. *Paris-Brieffe* vocantur illa diplomata, quibus istæ primariæ preces ad certam Ecclesiam continentur.

Circa jus primariarum precum notetur.

III. *Origo.* Olim Imperatoribus independenter competebat jus creandi Pontificem, Episcopum, multò magis Canonicum; sed hodiè ex omnibus iuribus Ecclesiasticis illi hoc unum reliquum fecit Paparum violentia.

Competit hoc jus Imperatoribus tanquam *Reservatum.*

Competit autem ex inveteratâ quidem consuetudine:

IV. *Modus habendi.*

Sed tamen hodiè Confirmationem ejus à Pontifice petunt.

Interim sic obtinent illud Imperatores, ut exercitium ejus possint concedere aliis.

Sic interdum concessum est hoc exercitium Imperatrici seu Augustæ ad Abbatissas.

Sic Wenceslaus Imperator concessit ejus exercitium Ruperto Palatino Duci per Dioecesim Spirensensem & Wormatiensem.

V. *Q. An hoc jus etiam possit exerceri in Ecclesiis Lutheranis aut Reformatis?* Aff: Sed ita, ut Augustanæ Confessioni addictis per preces primarias non alius substituat, quàm ejusdem Religionis astra, id; ad normam statutorum & observantiæ. Probat per Pacificationem Osnabrug, s. *Ubi sacra Cesarea* &c. pag. 421. Edit. Cellarii, ubi & de mixtis Ecclesiis res determinatur similem in modum &c.

TABULA VII.

De Jure (II.) creandi Reges, Principes, Duces, Landgravios, Marchiones, Comites, Barones.

I. Canon. Quæ ad dignitatem pertinent, solus constituit Cæsar: Lampad. part. II. c. 13. §. 5. p. 210. 1. e. Regalia conferendi personis in Imperio Romano dignitates (non Ecclesiasticas) sunt reservata solius Cæsaris.

Generalia.

II. *Distinctio Personarum* juxta dignitates in Imperio Romano. Personæ sunt

Liberi. } Nobiles, qui dicuntur tribus modis sensu nimirum

Latissimo, & tum comprehenduntur

Lato, sic comprehenduntur tantum

Stricto, sic Nobiles vocatur, qui nec est Eques, nec Baro, nec Comes, &c. & distinguitur in

IMPERATOR.

Rex.
Archidux,
Dux.
Princeps.
Landgravius,
Marggravius,
Comes.
Baro.
Eques.
Nobilis strictè dictus.
Eques.
Nobilis strictè dictus.

Infeudatus
seudo nobili.
Dux militaris
& per Comes Palatinus.
Confiliarius.
Facilius
quam: Doctores, &c.
expressè per Diploma nobilitatis.

Ignobiles.

Servi.

I. Imperator Regem; Rex Principem; Princeps Marchionem; Marchio Comitem; Comes Baronem; Baro Nobilem strictè dictum dignitate superat.

II. Imperator non habet potestatem creandi Imperatorem, sed tantum conferendi ceteros dignitatis gradus, i.e. creandi Regem, Archiducem, Ducem, &c.

III. *Observationes:*

III. Ex his } Reges, Duces &c. usq; ad Equites & Nobiles strictè dictos

Jus creandi } Equites & Nobiles strictè dictos exceptis Doctoribus & Magistris Doctores & Magistros

ad

confiderabitur

hæc ipsa sol. seq.

VIII.

IX.

Circa hoc jus notanda veniunt

Specialia. de quibus vide continuationem pag. seq.

Con.

Speciælia declarant hujus juris	I. <i>Formam.</i>	Potest Imperator ei, qui tantum Dux est, Regis vel Archiducis; qui tantum Comes est, Ducis; qui tantum Baro est, Comitibus; qui tantum Nobilis, Baronis titulum atque dignitatem conferre, ut in posterum pro Duce Rex vel Archidux, pro Comite Dux, pro Nobili Baro salutetur, scribatur, honoretur. Et ita simul de Ducatu fit Regnum vel Archiducatus, de Comitatu Ducatus &c. * Non tamen potest sic noviter creato Principi, Comiti aut Baroni invito Principum Collegio dare sessionem in comitiis. Probat per Capitulum Leopoldi artic. 44.
	II. <i>Obiectum.</i>	Exercetur hoc jus non in Ducem, Comitem &c. peregrinum, quæ talem, sed in Ducem, Comitem &c. Imperii Romani. Habet hoc jus Imperator tanquam <i>Reservatum</i> , quia pertinet ad dignitatem, item, quia pertinet ad potestatem concedendi Privilegia, quæ quanta quanta est, tota solius est Imperatoris, ut scribit Lampadius. Part. II. c. 14. §. 2. p. 213.
	III. <i>Modum habendi.</i>	Exempla ejus sunt: Heinricus IV. Ladislaus de Duce Bohemiarum fecit Regem, Otto III. Boleslaus de Duce Poloniarum fecit Regem. Fridericus I. Petrum salutavit Regem Daniam. Fridericus II. de Brunsvicensi ditione fecit Ducatum; &c. Potest autem Imperator Exercitium hujus Juris communicare aliis. Sic Archiduces Austriae per concessum Privilegium speciale non tantum Nobiles, sed & Barones & Comites creare possunt. Daniel. Otto p. m. 236.
	IV. <i>Fines.</i>	1. ut bene meritis habeatur gratia. 2. ut augeatur Imperii dignitas, si inter ejus subditos sint etiam Reges, Archiduces, &c.

TABULA VIII.

De jure (III.) creandi Nobiles, Equites, & Comites Palatinos.

Ius creandi Nobiles, Equites, & Comites Palatinos	I. <i>Nomen.</i>	Per Nobiles hic intelliguntur fructu dicitur, & quidem ii, qui sunt expressè per Diploma nobilitatis. Vid. Tab. præced.
	II. <i>Forma.</i>	Habet potestatem Imperator subditum Imperii Romani, qui nondum est Nobilis, per Diploma nobilitatis creare Nobilem, Et hanc potestatem potest exercere, etiam cum ipse (Imperator) est extra territorium suum.
	III. <i>Modum habendi.</i>	Habet Imperator hanc potestatem ut <i>Reservatum</i> ; quia pertinet ad dignitatem. Potest autem ejus exercitium communicare aliis. Ita communicatum est Archiduci Austriae; Ducibus Palatinis Rheni.
	IV. <i>Fines.</i>	1. Bene meritorum remuneratio. 2. Extinctarum familiarum suppletio.

Equites Comites Palatinos } Vid. fol. seqv.

Continuatio Tabulae praecedentis.

		<p>1. <i>Homonymia.</i> (<i>Confusio</i>, &c. comprehendit Nobilem natum vel expressè factum. Eques su- <i>Distinctio</i>, prout notat peculiarem aliquam dignitatem, quam mitur in- non habent isti nobiles nati aut facti. Et ita h. l. terdum</p>
	(Equitis)	<p>2. <i>Discrimen à Nobili.</i> Notabilis differentia inter Equitem & Nobilem est, quòd Nobilis (perinde ut Baro, Comes) nobilitatem suam propagat in filios: Eques autem (perinde ut Doctor) non propagat. (<i>Militis</i> in formulâ renunciandi.</p>
		<p>3. <i>Synonymia.</i> Equites vocantur etiam } Cum appositione, Equites <i>aurati</i>, ut eò magis à Nobili distingui possint: quia jus habent portandorum calciarum aureorum.</p>
		<p>4. <i>Divisio.</i> Equitum alii sunt } simpliciter tales cum apposito certi ordinis Equestrìs e. g. Eques <i>Aurati Velleris, Periscolidus, &c.</i></p>
	Equites	<p>* Imperator Romanus, quâ talis, non creat Equites certi ordinis, sed simpliciter tantum dictos, non defectu potestatis: sed quia peculiaris ordo in Rep. Romano-Germ. nunquam est inchoatus.</p>
		<p>1. <i>Discrimen à jure certum Ordinem Equestrem instituendi.</i> Nam jus Ordinem ipsum Equestrem instituendi est penes Comitiam. Jus verò creandi Equitem est penes Imperatorem.</p>
	Juris ipsius	<p>2. <i>Forma.</i> Habet Imperator potestatem certis adhibitis solemnitatibus & verbis creandi aliquem Equitem Auratum. Hoc vocatur <i>sumi Ritter schlagen</i>.</p>
		<p>3. <i>Modus habendi.</i> Habet hoc jus Imperator, ut <i>Reservatum</i>, quia pertinet ad dignitatem.</p>
		<p>1. <i>Homonymia.</i> Comes Palatinus } <i>proprie</i> pro eò, qui investitus est Palatinatu, talis est Elector Palatinus. <i>Improprie</i>, ut h. l. latinus sumitur</p>
	Comites Palatini	<p>2. <i>Etymologia.</i> Ita dicuntur h. l. quia aliquid de Palatio Imperatoris per tropum intellecto, i. e. de ejusdem potestate participant.</p>
		<p>3. <i>Synon.</i> Germ. <i>Reichs-Hof-Rathen</i> / non verò <i>Hof-Rathen</i>. (Creare Doctores, Licentiatos, Magistros)</p>
		<p>4. <i>Jura commissiva.</i> Creare Notarios seu Tabelliones: (Legitimare Spurius, &c.)</p>
	Comites Palatinos	<p>* Habet tamen alius Comes Palatinus alio potestatem majorem: id quod judicandum est ex Diplomate cuius concessio.</p>
	Juris ipsius	<p>1. <i>Forma.</i> Habet Imperator potestatem creandi Comitum Palatinum, h. e. dignæ personæ communicandi exercitium jurium antea commemoratorum.</p>
		<p>2. <i>Modus habendi.</i> Habet hanc potestatem Imperator, ut <i>Reservatum</i>. Potest autem ejusdem exercitium concedere aliis. Ita concessum est Comitibus Ortenburgicis.</p>
	Quaestio.	<p>1. <i>An Comes Palatinus possit extra territorium Imperii legitimare spurium?</i> Aff. Si talis legitimandus sit subditus Imperii.</p>
		<p>2. <i>An Comes Palatinus possit delegare alii exercitium suum?</i> N. nisi hanc potestatem delegandi discretè ipsi concesserit Imperator.</p>

Notetur circa jus creandi

TABULA IX.

De Jure (IV.) erigendi Academiis.

Philosophicâ.
Medicâ.
Juridicâ.
Theologicâ.

1. in potestate publicè docendi in Facultate

Q. I. Quis in re consultat hodiè formâ Academiæ? Resp. in his tribus.

2. in potestate exercendi jurisdictionem Academicam. Et hæc jurisdictione ordinariè mixti est Imperii: Per Privilegium verò in quibusdam Academiis meri.
3. in potestate publicè conferendi gradus honorum Academicorum.

* Hæc tria benè distinguenda sunt: & præcipuè tertium à prioribus duobus.

Q. II. Quis habeat jus erigendi Academiis in Imperio Romano? Resp. Quoad jus

Conferendi gradus Academicos, solus Imperator.

In genere.

Conferendi potestatem } juris dicendi } quilibet Imperatorii Princeps in suo territorio.

Q. III. An valeant Academiæ à Papâ Romano non confirmatis, (quales Helmstadiensis, Marpurgensis, etc.)? Resp. ante Repurgationem Evangelii confirmabantur etiam Academiæ à Papâ, hoc jus sibi tanquam Ecclesiasticum, aut illi valdè effine arrogante. Sed in Ecclesiis repurgatis ejecto per Pacif. Passav. Papæ dominio, confirmatione ejus nihil opus est. Ad confirmandas Academiis nostras satis est in Imperatore potestatis.

Circa jus erigendi Academiis notetur

1. Forma. Habet Imperator potestatem creandi Doctorem, Licentiatum, Mag. &c. qui sunt gradus Academici. Et hæc refertur etiam potest. jus creandi Poëtas.

2. Modus habendi. } Habet hoc jus Imperator tanquam Reservatum, quia pertinet ad dignitatem. } Exercitium autem ejus communicare potest aliis. Et ita hoc jus acceperunt:

{ Duces Austriæ.
{ Collegia Facultatum in Academiis.
{ Comites Palatini. Die Reichs Hoff. Craßten.

In specie quod attinet ad potestatem conferendi gradus Academicos.

3. Q. Quinam exerceat hoc jus in Academiis? Resp. In perlis; Academiis exercet hoc jus Academiæ Cancellarius, vel ejus Procancelarius.

Cancellarius autem Academiæ perurum; est Episcopus. Et olim fuit vicarius Papæ.

Hodiè verò in Academiis A. C. addicis meritò censetur esse Vicarius in hæc re Imperatoris. Sed tamen quædam Academiæ (ut Jenensis) absq; interventu Cancellarii conferunt Gradus.

4. Q. An Academiæ, quibus ab Imperatore potestas creandi Doctores in certâ facultate concessa non est, eam possint exercere? Negatur.

5. Q. An Comes Palatinus possit Doctorem vel Magistrum creare in ditione Academicâ? Negatur.

TAB. X.

TABULA X.

De Jure (V.) Legem universalem condendi.

- Circa hoc jus notatur
- I. *Distinctio Legum, Universales* seu Imperiales, valentes in toto Imperio, quæ in Imperio Romano sunt vel
 - Provinciales* seu territoriales, valentes in singulis Provinciis seu territoriis Landrecht.
 - Municipales*, valentes in Municipiis seu civitatibus municipalibus: Stadtrecht.
- Hoc loco intelliguntur Leges Universales seu Imperiales, quæ continentur potissimum in Receptis Imperii, in den Reichs-Abchieden.
- II. *Modus habendi.* Talem universalem Legem ferendi potestas non est penes Imperatorem solum, ut Reservatum, sed penes eum & ordines Imperii simul: seu, est *jus Comitiarum*.
Plura dicemus in Tabulâ XXIX. de jure circa Comitia.

TABULA XI.

De Jure (VI.) Extremæ Provocationis.

- Circa hoc jus notatur
- In genere, quod cum quatuor sequentibus pertineat ad judicialia seu Jurisdictionem.
- Jurisdictionem autem in Imperio Romano esse Regale Cæsaris, probatur e puncto, qui in Capitulationibus solet esse primus; ubi hæc serè formalia leguntur: *Dass wir insonderheit in dem heiligen Reich Jedem Recht und Einigt eit pflanzen/aufrichten und versügen sollen und wollen/ dass sie ihren gebührliehen Gang den Weizen als den Reichen gewinnten und haben.*
- Provocations* seu *Appellationis*. Est autem *Appellatio* h. l. *litis à judice (1.) inferiore ad superiorem. (2.) in judicio humanis à parte litigante facta devolutio.*
- Hinc patet: (1.) cum à Cæsare malè informato ad meliùs informandum provocatur, non esse propriè appellationem ob defectum requisiti primi. Quid ergo est? *Supplicatio. (2.)* Cum ab homine ad Deum ipsum provocatur, non esse *Appellationem* hujus loci, ob defectum requisiti secundi.
- Extremæ*, i. e. à qua non datur appellatio ulterior, scil. in judicio humano.
- In specie
- I. *Nomen.* Vocatur *jus recipiende*
 - II. *Forma.* Quod Cæsar dicitur habere *jus extremæ provocationis*, id sic intelligendum est, quod possit ad Cæsarem appellari, non quidem ob iis Ordinibus, quibus & quatenus concessum est privilegium de non appellando, sed ab iis ordinibus immediatis, quibus id jus vel non est concessum, vel cum esset concessum, iterum amissum.
 - III. *Modus habendi.* Habet hoc jus Imperator ut *Reservatum*. Exercitium tamen ejus concessum est Statibus quibusdam per modum privilegii de non appellando. Quale adhuc hodie habent Electores Saxonie, Brandenburgicus, Archiduces Austriae.
 - IV. *Obiectum.* Appellatio illa fit in causis secularibus. In Ecclesiasticis Pontificii summam jurisdictionem tribuunt Papa. Nos ea in re tribuimus aliquam Authoritatem Conciliis, sed inferiorem verbo Dei; Papæ nullam.

TABULA XII.

De Jure (VII.) Magistratum creandorum.

Circa hoc jus notetur

I. *Distinctio Magistratum*, quorum alii sunt *Civiles*, ac tales habentur, qui in Imperio Romano sunt in *Judiciis Prætoriiis* de quibus Tab. seq. *Militares* e. g. *summus Dux Belli*, *Tribunus* &c.

II. *Habet hoc jus Imperator Romanus* circa Magistratus *Civiles* eo modo, qui Tab. seq. aperietur. *Militares* tanquam *Reservatum*, in bellis scil. quæ geruntur publico Imperii nomine. Probati videtur per *Recess.* Anno 1594. s. Und ob wol gültig/ vid. *Lamp. part. II. c. 19. §. 22. p. 292.* quia tamen non *comperit* habere se scribit, an consuetudo hic *Cæsari* aliquid detraxerit.

TABULA XIII.

De Jure (VIII.) circa Judicia Prætoria.

I. *Aulicum*. Quod Germanicè vocatur *der Reichs-Hofrath*, *Constitutio* ejus (*Verordnung wegen des Reichs-Hofraths*) ad totum Imperium pertinet. Probatur per *Capitulationem Ferdinandi III.* art. 45. *Constitutur* autem partim ex *Pontificiis*, partim ex *Augustanis*, *Spreng.* pag. 74.

II. *Spirense*. German. *das Kayserl. Kammer-Gerichte zu Speyer*. *Constitutum* fuit primum in *Comitiis Wormatiensibus* Anno 1495. *Ex mutua Imperatoris Maximiliani I. & Statuum conventione*: *Speid. Not. p. 166.* *Et eo tempore nondum certum & fixum habuit locum*, sicut; primum dicto Anno celebratum *Francofurti*. *Sed postea Spira ipsi perpetua sedes nominata fuit, unde transferri sine venia Cæsaris & Statuum non potest.* *Vid. Speid. d.l.* *Dependet igitur ejus Constitutio à Cæsare & Statibus simul.* *Nec tantum quoad locum; sed etiam quoad formam & modum Processus.* *Lampad. p. 252. 253.* *Cæsar* habet jus ordinandi *Judicem Cameralem*. *Assessores* autem ordinantur partim à Cæsare, partim ab *Electo*ribus, partim à *sex Statuum Circulis*, *Vid. Wehner. Observ. p. 91.* *An verò Jurisdictio fluat in Camera à solo Cæsare, an à Cæsare & Statibus simul, disputatur in utramque partem, quia nondum satis decisa est hæc questio: An Cæsar cum Camera habeat concurrentem Jurisdictionem, ita scilicet jure preventionis litem aliquam, antequam deferatur ad Camera, possit trahere in judicium suum aulicum?* *Hoc interim certum est, quod litem in camera jam inchoatam non possit inde avocare in Aulicum judicium, & probatur novissimè Capit. Leopold. art. 42.*

III. *Rothwilsense*. German. *das Kayserliche Hofgericht zu Rothweil*. *Institutum* est jam olim à *Conrado IV. Imperatore solo*, *Ann. 1147. Speid. Notab. pag. 798.* *Dan. Otto. p. 248.* *Plura de eo dicentur sub differentiis fol. seq.*

Hujus *Dicastrisii* & *Wingartenensis* (des *Weingartischen* und anderer *Landgericht in Schwaben*) abolitio sollicitata sæpius fuit à *Statibus*, & dilata ad *Comitia*. *Vid. novissimè Capitul. Leopold. art. 18.*

II. *Differentiæ seu discrimina*. *Vide fol. seq.*

Circa judicialia Prætoria considerate oportet eorum

I. *Divisionem*. Tale *judicium prætorium triplex agnoscit* *Spreng. p. 74. & Dan Otto p. 240*

Con.

Continuatio Tabulae praecedentis.

	1. ratione fundationis seu institutiois.	<i>Aulicum</i> omnium est antiquissimum. <i>Rorovillense</i> constitutum est a Conrado IV. Imperatore Anno 1147. <i>Spirensis</i> constitutum est sub Maximiliano I. Anno 1495.
	2. ratione Locorum.	<i>Aulicum</i> est vagabundum & ambulatorium, quia sequitur Aulam Imperatoris.
		Secus <i>Spirensis</i> & <i>Rorovillense</i> fixam sedem habent <i>Spira</i> & <i>Rorovilla</i> .
		<i>Aulicum</i> traecat negotia ad Regalem Caesarem (non totius Imperii) potestatem spectantia; Praeterea jus dicit in Civilibus & Criminalibus.
II. Differentia seu distinctio trium judiciorum Praetoriorum haec sunt: Differunt	3. ratione Causarum.	<i>Cameram</i> jus dicit in Civilibus tantum, & quidem contentiosis; cum exceptione tamen quorundam casuum: Vid. Lamp. p. m. 267. <i>Rorovillense</i> jus dicit in Civilibus & Criminalibus; in contentiosis & voluntariis.
	4. ratione Personarum.	<i>Aulicum</i> & <i>Spirensis</i> jus dicit omnium circularum personis, sed <i>Rorovillense</i> tantum personis quatuor Circularum, nempe Suevici, Aultriaci, Rhenani & Franconici.
	5. ratione Appellationis.	A <i>Rorovillense</i> datur provocatio ad <i>Cameram</i> . A <i>Cameram</i> neq; ad <i>Aulicum</i> , neq; ab <i>Aulico</i> ad <i>Cameram</i> appellari potest. Potest tamen peti revisio Actorum Camerae.

TABULA XIV.

De Jure (IX.) cognoscendi de Feudis Imperii Majoribus.

		<i>Majoribus</i> , i. e. habentia annexam Regalem dignitatem: <i>Politica</i> (Sabin Lehen / ut Ducatus, Comitatus, Baronatus.)
		<i>Minoribus</i> , i. e. non habentia annexam dignitatem regalem: Haec Camerae jurisdictioni subesse tradit Lampad. p. 253. contra Bauremister.
I. Distinctio Feudorum Imperii quorum quaedam sunt	Immediata	<p>1. De hisce cognitionem invasi Papa conferuntur, Electio autem non dicitur.</p> <p>2. Et haec non possunt aperiri: quia per Electionem aperta Imperio per extinctionem alicujus stirpis.</p> <p>* De his non potest disponere Imperator inconsultis Electoribus. Probatur per Capit. Leopold. art. 30.</p> <p>Controversa a Principibus litigantibus. So einem Theil zu und dem andern abgeprochen werden sollen.</p> <p>* Et haec sunt hujus loci.</p>
	Mediata	

II. Forma. Habet Imperator potestatem cognoscendi seu judicandi de feudis Imperii Romano (1.) immediatè subjectis, & quidem (2.) majoribus (3.) Politicis seu secularibus (4.) de quorum successione diversi Principes inter se litigant. Probatur

I. Legibus (a) Constit. Frid. II. Anno 1236. (b) Ordnung des Regiments zu Wormbs Anno 1521. c. Ob auch Sachen. Verba legis haec sunt: Ob auch Sachen stürden / Herzogthum / Fürstenthumb / Graffschafft etc. belagend / so vom Reich zu Lehen rüben / so einem Theil gänglich und endlich abgeprochen werden sollen / derselben Erkantnis wollen Wir Uns hietinnen auch vorbehalten haben. (c) Ordinat. Cameral. Ferd. I. part II. tit. 7. cujus verba prope eadem.

II. Exempla: Sic Sigismundus Imperator Electoratu Saxonico in feudavit, post obitum Alberti Fridericum Bellicosum Marchionem Milnia, Lipsien. A academia Fundatoris,

III. Modus habendi. Hic quaeritur maximè: An solus Imperator absq; interventu Patrum Curiae (des Reichs Mannen) i. e. Procerum Imperii, vel aliorum Statuum parilis dignitatis (des Reichs Mannen) in hoc negotio iudex esse possit? Affirmat Reinking. Negat Limmæus. Qui negativam tuentur, privilegium illud Principum, vi cujus in hoc iudicio adfidei debeant, dicitur (des Reichs Mannen) iurgent. Contrariae sententiae Patroni hoc Privilegium negant. Haec quaestio maximè mota & agitata est occasione Successionis Juliacensis.

TABULA XV.

De Jure (X.) in bannum declarandi.

- I. Distinctio** { *Ecclesiasticum*, Kirchenbann & simpliciter, Bann.
Banni.
Bannum Politicum } *Generale*, valens per totum Imperium Romanum, die Oberacht/vel, Acht und Oberacht des Reichs. Et hæc significatio est huius loci, est vel { *Speciale*, valens tantum in certis districtibus, e. g. Bannum iudicii Rotvilenfis.
- II. Forma.** Habet Imperator potestatem violatores pacis publicæ declarandi in Bannum, in die Acht und Oberacht zu erklären.
- III. Modus habendi.** Cæsar exercet hoc jus interdum per Cameram. Sed Camera non potest proferbere Statum Imperii inconsulto Cæsare: nec quæquam in causis majoris momenti à Banno abolvere. Lampad. p. 266.

Quæritur hic: *An possit Imperator Principem Imperii declarare in Bannum inconsulti iustelloribus, qui non sunt complices?* Resp. Hæc quæstio maximè cæpit agitari in utramvis partem occasione banni, quo Fridericus Palatinus, qui se Regem Bohemæ creari contra Ferdinandum passus erat, proscriptus est. Decisa autem postea videtur negativè in Capitul. Ferdinandi III. art. 31.

TABULA XVI.

De Jure (XI.) veniam ætatis dandi.

- I. Forma.** Habet Imperator jus minorennibus concedendi jura Majorænnium. Nam hoc vocatur veniam ætatis dare. Minorenes vocantur, qui intra ætatis annum XXV. sunt constituti. Jura Majorænnium sunt, quæ ipsi sunt liberi à Curatoribus, rerumque suarum administrationem suscipere ipsi possunt.
- Nota:** Venia ætatis dabatur olim maribus non infra vigesimum annum postis per legem quædam è lib. II. Cod. Sed huic legi Imperatores hodie non se non obstringunt. Esse autem hoc jus Cæsaris probatur
1. Quia verfatür circa privilegia.
 2. Ab exemplis, (Wenceslaus } veniam ætatis dedit, (Ottoni Brunsvicensi.
 sic } { Maximilianus } } {Ulrico Wirtenbergenfi &c.
- Vide Spreng. in Synopf. p. 88.
- II. Modus habendi.** Habet hoc Jus Imperator per totum Imperium independentes; Quilibet autem Princeps in suo territorio dependens.

TAB. XVII,

TABULA XVII.

De Jure (XII.) famam restituendi.

- I. Forma.** Habet Imperator potestatem, eos Imperii Rom. subditos, qui semel infames facti & declarati sunt, restituendi in primum exilium statum.
- II. Modus habendi.** Ubi Q. An hoc jus possit exercere Imperator in consiliis Statibus? Negat Linneus.

TABULA XVIII.

De Jure (XIII.) absolvendi à juramentò.

- I. Forma.** Habet Imperator potestatem absolvendi aliquem à juramentò ad effectum agendi. i. e. Einem seine gegebene Urfehde gegen dem Herrn/ so ihn also verurthebet hat/ zu relaxiren/ damit er sich gegen selbigen Rechts gebrauchen möge. Dan. Otto. p. 25.
- II. Modus habendi.** Hoc jus exercet Imperator per Cameram. Vid. Ord. Cam. parte II. tit. 24. Otto d. l.

TABULA XIX.

De Jure (XIV.) Moratoria concedendi.

- I. Definitio.** Moratoria hinc vocantur literæ, quæ conceduntur à Majestate debitori ob justam causam, cum hoc effectu, ut ille habeat inducias, ne intra certum tempus indultum (quod plerumq; quinque annorum esse solet) molestiam illi creent Creditores, sed ipse interim respirare possit meditando rationes solvendi, & exigendo debitis, quibus alii ipsimet devincti sunt. Vid. Wehner, Observ. p. 31. 32.
- II. Synonymia.** Vocantur rescripta Moratoria; Literæ moratoriz; Quinquennales induciæ. Germ. Quinquennel/ oder Instands Brief. (Vid. Speid. p. 576.) Eisen Briefe unde, qui adiguntur ad petenda talia moratoria, dicuntur Eisen werden.
- III. Distinctio.** Legem circa literas moratorias condendi. Hoc jus est *Commissoriæ*, & de eo hic non sumus solliciti. Tales Leges reperiuntur in Recensibus sub tit. von den verstorbenen Kauffleuten.
- Aliud est Jus.** Certis personis moratorias literas concedendi. Et hoc jus est hujus loci.
- IV. Forma.** Habet Imperator potestatem debitoribus concedendi literas moratorias.
- V. Modus habendi.** Habet hoc jus Imperator independenter, & ita, ut tales literæ valeant per totum Imperium Romanum. Dependenter autem quilibet Princeps imperii in suo territorio; sed horum literæ non valent extra territorium ipsorum.

TABULA XX.

De Jure (XV.) circa vias publicas.

- I. *Objectum.* Qvod sunt Viaz publicæ. Vocantur aliàs via Regiæ, Prætoriæ, Consulares, militares. Germ. Heerstrassen / Kåyferliche Strassen / offene Strassen / Landstrassen / des heiligen Reichs Strassen / Geleitstrassen.
- II. *Distinctione Juris circa vias.* *Quod duplex:* *Regale* *Minus*, quod consistit in securitate viis publicis præstandâ. Et tale jus refertur inter jura territorialia, quæ quilibet Princeps habet in suo territorio.
- Majus*, quod consistit in obligatione & coactione Principis cujusque seu Magistratus in territorio, ut vias publicas tutas reddant. Et hoc est hujus loci.
- III. *Modus habendi.* Habet hoc jus Imperator non solus, sed cum Ordinibus simul, tanquam *jus Comitiorum*. Probatum per N. A. Augspurg. Anno 1559. s. *Als wir uns auch; ubi hæc verba: setzen/ ordnen und wollen wir/ wollen fern von Churfürsten/ Fürsten/ Ständen oder einer Obrigkeit/ die seyner sie wollet/ jemand Geleit geben/ und derjenige darüber auff der selben Churf. Fürsten/ Ständen oder Obrigkeit Geleit- Strassen thätlich ergreifen und beschädiget/ daß der Stand/ so solch Geleit gegeben/ nach Befehl solches Geleits dem Beschädigten seines Schadens Ersatzung zu thun schuldig seyn soll.*

Hic notetur



TABULA XXI.

De Jure (XVI.) circa flumina.

- I. *Distinctione Juris circa flumina.* *Quod duplex:* *Regale* *Minus*, quod consistit in securâ navigatione fluminibus præstandâ. Et tale jus referendum est inter jura Territorialia.
- Majus*, quod consistit in obligatione Dominorum cujuslibet territorii, ut fluminibus securitatem illam præsent. Et hoc est hujus loci.
- II. *Modus habendi.* Tale Jus similiter, ut præcedens, est *jus Comitiorum*. Lampad, p. m. 216. 217. Ratio peti potest à Comparatis: Parium enim eadem est ratio.

De hoc jure notetur

TABULA XXII.

De Jure (XVII.) circa Monetam.

Cura monetam notatur Diffinitio titulum Jurium, nempe

- I. *Legis monetariae condenda.* Et hoc est *jus Comitorum*, Probatur
 - 1. per praxin. In Comitibus enim creberrimè agitur de legibus monetariis. Unde monetaria causa vocatur communis Comitiorum materia.
 - II. per capitulationem Ferdinandi III. Art. 36. Und nachdem im Reich viel Beschwörung und Mängel der Münz halben bishero gewesen und noch seyn/wollen Wir denselben zum förderlichsten mit Rath der Churfürsten / Fürsten und Stände des Reichs zuvor kommen und in beständige Ordnung und Wesen zu stellen/möglichen Fleiß anwenden.
- NB. Cura monetæ publicæ etiam unicuique circulo demandata est in sua regione Speid. Notab. p. 58.
- II. *Moneta cudenda.* Hoc jus independenter est penes *Imperatorem*: Dependenter penes *Statum*, qui hoc jus, die Münzgerechtigkeit / obtinuerunt vel per privilegium, vel vi præscriptionis. Vid. Speid. Notab. p. 671.
 - 1. Cum hoc jure nulli Statui conceditur potestas juris hujus exercitium elocandi, und Mercanz daraus zu machen. Probatur per Recept. Spir. Anno 1570. §. 5. Aldenn auch die Münzgerechtigkeit keine Mercanz.
 - NB.
 - 2. Quidam jus { monetariam legem condendi / vocant } *moneta.*
 { monetam cudendi } jus { *monetandi.*
- III. *Privilegii cudenda moneta aliis concedendi.* Hoc est penes *Imperatorem* & *Electores* junctim, Prob. per Capit. Ferdinand. III. art. 37. & Leopold. art. 34.

TABULA XXIII.

De Jure (XIII.) circa vectigalia.

De hoc jure notatur

- I. *Forma:* Quæ consistit in vectigalis novi institutione, aut veteris auctione.
- II. *Modus habendi.* Hoc jus non est penes *Imperatorem* solum, sed penes eum & *Electores* junctim.
 - 1. Per X. A. Regensburg 1576. s. weiters seynd.
 - Probatur
 - 2. Per Capitulum { Ferd. III. art. 20.
 Leopold. art. 21. cujus verba operæ pretium est considerare:

Keinen Zoll von neuen geben/nach einige alte erhöhen / oder prorogiren lassen / auch vor uns selbst keinen aufrichten/erhöhen oder prorogiren/es seyen dann die Benachbarte und interessirte Stände/ und dero ersodertes auch in gebührende Consideration ziehendes Gutachten vorherd darüber vernommen / und hernach aller und jeder 7 Churfürst. Wissen/Willen/Zulassen und Collegial-Rath mit einhelligem Schluß also und dergestalt vorgangen / daß keines Churfürsten Widerwort oder Dissens dagegen.

TABULA XXIV.

De Jure (XIX.) circa Collectas.

I. <i>Distinctio Collectarum</i> Alia Collecta est	Imperialis seu Generalis, Reichsteuer, Provinciale & Steuer	quae imponitur ab	Imperatore Principe Imperii	Status	Imperialibus aut subditis Imperii, Provincialibus.
* Imperialis Collecta hujus est loci.					
Duo sunt. 1. Nach dem gemeinen Pfennig / juxta communem Denarium.					
2. Nach dem Römerzug / secundum expeditionem Romanam.					
Ubi in specie vom Römerzug notetur:					
1. Römerzug olim vocata est expeditio Romana seu Comitatus, qui Romano Regi Romam pro conseqvendâ Coronâ Imperii Romanæ eunti præstandus fuit. Wehner. Obf. p. 574.					
2. De Convetudine autem hodiernâ ist der Römerzug eine große taxfere Hälfte am teutschen Kriegs-Weiß zu Ross und Fuß / Wehn. d. l. vel in æquivalenti pecuniâ.					
3. Dividitur Romana expeditio (ein Römerzug) in simplam, dimidiam & duplam. In simplam, (auf einen einfachen Römerzug) computantur 20000 zu Fuß und 4000 zu Ross auf 6 Monat. Unde facile intelligitur, quanta sit expeditio dupla & dimidia.					
4. Hæc collecta in pecuniâ sic computatur, ut pro singulis æquicibus solvantur 12. fl. pro singulis peditibus 4. fl. Wehner p. 575.					
5. Hodie desinit mos Coronam Imperialem Romæ petendi. Et nomen quidem, des Römerzugs, retinetur, sed applicatur aliis collectis pro necessitate Imperii indiciis, & simili collectandi modo impostis. Wehner. d. l.					
II. <i>Distinctio modorum Collectæ Imperialis, Qui</i>	1. <i>Personarum.</i> Collecta nach dem gemeinen Pfennig imponitur immediate subditis omnibus Imperii Romani secundum proportionem facultatum, ut pendant pro 1000 fl. s. fl. quotannis. Collecta verò nach dem Römerzug / imponitur immediate Reichs Reichschlag.				
De hoc jure notetur	2. <i>Modi exequendi.</i> Collecta nach dem gemeinen Pfennig exigitur per viros ad hoc destinatos, quos Schatzmeister & Pfennigmeister vocamus, Wehner. p. 576. Sed collecta nach dem Römerzug exigitur per ipsos Status tanquam executores à suis Subditis hæc conditione, ne à subditis hoc nomine ultra summam in matriculâ Imperii designatam quicquam exigant. Et hæc exactio vocatur subcollectatio Vid. Wehner. p. 585.				
Differunt ratione	3. <i>Mutabilitatis.</i> Collecta nach dem gemeinen Pfennig quia sit statim in partes minimas, est valde mutabilis & ideo sepe in desuetudinem abiit. Non verò perinde collecta nach dem Römerzug.				
1. Propter bellum, ut Türckensteuer.					
2. Ad destructionem fortaliorum, Waugel.					
3. Ad demolienda castra bannitorum.					
4. Ad Legationes, Legation-Kosten; &c.					
III. <i>Eius præcipui Collectarum Imperialium.</i>	jus collectas Imperiales imponendi est penes Comititâ.				
IV. <i>Modus habendi.</i>	1. Praxi nunquam non in Comitibus de contributionibus & modo contribuendi agitur. Unde Jovius dixit: Pecuniam esse summam Comitiorum Germanicorum.				
Probatur	2. E. N. A. Wormbs 1495. N. A. Trier und Cölln 1512. 6. und damit. N. A. Regensburg 1525. und damit solcher. N. A. Augsburg 1548. s. Sener haben Wir aus Gnädigster 26.				

TABULA XXV.

De Jure (XX.) dandi Civitatem.

- Circa hoc jus notetur
- I. *Homonymia.* { Bürgerrecht geben/h. e. ex non Cive facere Civem.
Jus Civitatis
dare signifi- (Stadtrecht geben/h. e. ex non Civitate facere Civitatem: Et ita h. l.
cat
- II. *Synonymia.* Synonyma sunt: Stadtrecht/Marctrecht/Willkühr/Weichbild, toste Befold. in Thef. præc. f. 569. & Gryphandro.
- III. *Forma.* Habet Imperator jus dandi Civitatem, h. e. ex communitate, quæ nondum est Civitas, faciendi civitatem, eiq; dandi privilegia civitatis, ut possint mœnia circumducere, extruere curiam, habere Consules, Senatores, qui iterum conierre possint das Bürgerrecht.
- IV. *Modus habendi.* Hoc jus est *Reservatum* Imperatoris.
- Probatur, 1. ratione, quia spectat ad Privilegia. Lampad. 213.
2. exemplo. Maximilianus I. Albertum Comitem Mansfeldensem, vico cuidam prope Islebiam jus Civitatis dare volentem Anno 1514. 6. Febr. mandato Inhibitorio prohibuit his verbis: Wann nun dir/noch jemand anders nicht gesemet Stadtrecht oder anders/das der hohen Obrigkeit / ohne sonder Erlaubnis aufzurichten / so befehlen &c. Wehner. p. 623. Befold. Thef. præc. f. 169.
- Potest interim Imperator hoc jus aliis impertiri. Sic Ludovicus IV. concessit hoc jus Burgeravio de Nürnberg. Et Ludovicus Imperator Gerharδο Spirenfi das Dorff Qderheim zu einer Stadt zu bauen. Limæus.

TABULA XXVI.

De Jure (XXI.) dandi mundinas.

- Circa hoc jus notetur
- I. *Homonymia.* { Privilegiata seu solennes; (quidam Mercatum generalem vocant.) Gerritan; Messen. Cum enim Nundinae in certo aliquo loco, ubi maxima populû
Nundinae sunt vel } confluentia fieri solet, haberentur, in eaq; Missæ celebrarentur, factum est,
ut ipsæ Nundinae Missæ dicerentur. Et hæc significatio hujus est loci,
{ Jahrmärct. Hoc jus tanquam Consequens civitatis condenda
Non privilegiata } pertinet ad Imperatorem; sed hoc nunc Principes
seu non solennes (mercatus } sibi sumunt. Befold. Thef. præc. f. 632.
speciales:) } Wochenmärct. Has instituire licet civitatibus, etiam absq;
Dominii superioris proficuitu: cum non tam mercatus
quam annone gratiâ introductæ sint. Befold. d. l. f. 634.
- II. *Synonymia.* Nundinae (in genere) vocantur mercatus.
- III. *Forma.* Habet Imperator potestatem jus dandi Nundinas solennes seu privilegias; Marcgerechtigt/it/h. e. mundinis certa privilegia concedendi, vi quorum v. g. conceditur publica securitas iis, qui mercatus causâ in nundinis conveniunt, ut ibidem intra dies mundinarum, i. e. antequam earum finitarum signum per Campanam detur, sub prætextu civilis seu privati debiti, conveniri, carcerari vel arrestari nequeant. Befold. Thef. præc. f. 633.
- IV. *Modus habendi.* Habet hoc jus Imperator ut *Reservatum*, quia pertinet ad privilegia Lampad. p. 213. Non tamen çari solet inauditis civitatibus vicinis, quarum interesse possent. Wehner. p. 496.

TABULA XXVII.

De Jure (XXII.) Stapularum.

- I. *Synonymia.* Jus Stapulæ Germ. vocatur *Stappel* vel *Staffel*. *Berechtigteit.* Item *freye Mies* *Verlage.* Jus Emporii. Vid. *Befold.* *Thef. præg.* f. 866, 867.
- II. *Etymologia.* Stapula est è Gallico *Estable*, & hoc è Latino *Stabulum.* Sic autem vocatur forum seu locus publicus, quo Principis auctoritate & privilegio, vina, frumenta, aliaque merces exoticæ vendendi causâ convehuntur. *Speid. not.* p. 867.
- III. *Forma.* Habet Imperator potestatem alicui civitati concedendi Jus Stapulæ. Hoc autem jus consistit præcipuè in duobus privilegiis adversus jus commune.
- IV. *Modus habendi.* Hoc jus est *Reservatum* Imperatoris. Probatur (1.) ratione, quia pertinet ad privilegia. *Lampad. p.* 213. (2.) Exemplo. Cum Elector Palatinus Rheni Anno 1575. Oppenheimii ejusmodi jura Stapulæ usurpare cepisset, per Spirense obtento mandato Cæsareo pœnali sine clausulâ ej inhibitum id fuit. *Wehn. obs.* p. 611. Veruntamen non licet Imperatori sub nomine *der Stappel* *Berechtigteit* novum vestigal introducere. Probatur per *Capitul. Ferdinand. III. Art. 20.* & *Leopold. art. 21.*
- V. *Nomina Civitatum in Imperio Romano, quæ privilegium Stapulæ adeptæ sunt.* Habent hoc privilegium ad

Hic notetur

NB. Nam

- (1.) Cum jure communi liber sit usus commerciorum & navigationum, qui ademptus est jus stapulæ vel emporii, is cogere potest transeuntes, ut apud se per dies certos subsistant, & merces suas dividant. Vid. *Befold.* fol. 866.
 - (2.) Qui veniunt ejusmodi merces, h. ad evitandam istam expositionem non possunt querere novas vias: *Befold.* f. 867.
- (Rhenum: Colonia, Moguntia, Spira.
Mosellam: Treviri.
Danubium: Ratisbona, Ingolstadtum, Passavium.
Visturgim: Brema.
Albin: Magdeburgum & Hamburgum. *Speid.* p. 867.

NB. Quarundam ex his civitatibus jus non nisi ad cæculatas, quandoque etiam ad alias merces certas extenditur. *Befold.* 867.

TABULA XXVIII.

De Jure (XXIII.) Ferias generales constituendi.

- I. *Objectionem hujus juris.* Versatur hoc præcipuè in reformatione Calendarii.
- II. *Subjunctio:* Quæritur: An hoc jus penes Papam, an penes Imperatorem esset?
- Rationes } pro Papa (1.) Quod emendatio temporum in V. T. penes Pontifices fuerit. (2.) Quod penes eosdem quoque fuerit apud Ethnicos. Unde existimant, reformationem Calendarii olim à Julio Cæsare, non ut ab Imperatore, sed ut à Pontifice Maximo, fuisse susceptam.
- pro Cæsare (1.) Quia Julius Cæsar (ut Imperator) olim emendavit tempora. (2.) Quia canon Paschalis Synodi Nicenæ non Papæ, sed Constantini Imperatoris, qui Synodo præfuit, & Patrum decreto conditus fuit. (3.) Quia Carolus Magnus Calendarium pariter & nomina Mensium Germanis dedit.
- III. *Res gestæ:* Reformavit Calendarium Georgius XIII. Anno 1582. sublatis uno momento è mense Octobri diebus 10. Misit hanc emendationem Rudolpho II. Imperatori, ut susciperetur in Imperio Romano-German. tempore Comitiorum Augustanorum. Contradixerunt Protestantes, & hoc jus Cæsari vendicarunt. Ipsi pro se repudiarunt. Cæsar negotium distulit; in Cameræ judicis Calendarium vetus servari mandavit: &c.

Hic notetur

T A B. XXIX.

TABULA XXIX.

De Jure (XXIV.) circa Comititia.

Circi hoc Jus notetur.	I. <i>Distinctio Comitiorum in Imperio Rom. Quae sunt vel</i>	<p><i>Universalia</i> Reichstage. De quibus hoc loco. ubi scilicet non tantum Imperator, sed etiam Status Imperii omnes conveniunt ad deliberandum &c. five per se, five per Legatos.</p> <p><i>Particularia</i> (Selectorum ex universo Imperio. Talia Comititia vocantur Deputation - Tage.</p> <p>Electorum ad eligendum Imperatorem.</p> <p>Vocantur & Comititia Imperatoria. Wahltage.</p> <p>alias res deliberandas: Collegial - Tage.</p> <p>Certi Circuli, &c. &c. Tage.</p>
	II. <i>Forma. In Comititiis universalibus Imperator</i>	<p><i>Solus habet jus</i></p> <p><i>Indicendi</i> Comititia ista, den Reichs Tag auszuschreiben.</p> <p>NB, Sed requiritur</p> <ol style="list-style-type: none"> 1. Ne indicantur extra fines Imperii. 2. Prævisus consensus Electorum, juxta Capitul. Leopoldi Art. 17. Und sonderlich keinen Reichstag außserhalb des Reichs Teutscher Nation, auch ohne und bevor Wir darzu umb der 7. Churfürsten Consens und Verwilligung durch sonderbahre Schrifftung anzuhalten und Uns mit denselben so wohl der Zeit als Wahlstadt vergleichen, oder sie von sich selbst den Reichs Angelegenheit halber Uns darumb unterthänig angelanget und erinnert, vornehmen oder auszuschreiben. <p><i>Proponendi</i>, die Proposition zu thun. Id quod solet facere</p> <ul style="list-style-type: none"> de scripto : per alium.

non solus Jus decidendi; sed hoc jus inter Imperatorem & Status est divinum, sic, ut Imperator solus tantum possit, quantum reliqui status junctim.

Nota: Hæc sententia est media & optima inter duas extremas seu malignantes. Quarum una nimirum Cæsari tribuit, quasi ille solus possit omnia; altera parum, & est Hippolithi à Lapide, quasi Cæsari in Comititiis nihil aliud competat, quam directorium & ultimum votum. Sed mediam atq; adeo meliorem sententiam defendunt Limnæus, Wehnerus, Lampadius, p. 164. & alii.



TABULA XXX.

De Jure (XXV.) Postarum.

- I. *Descriptio*: Postæ sunt equi & homines certis in locis dispositi, qui permutati quæ-
ant ad iter die noctuq; sine intermissione continuandum.
- II. *Eymologia*. Sic dicuntur quasi postæ vel collocatæ certis in locis.
- III. *Homonymia*. Postæ sunt { *Univerſales* Reichsposten, de quibus h. l.
{ *Particulares*, Landposten. Principes in suis ditionibus
habere possunt postas particulares, quæ respectu
universaliũ sunt private.
- IV. *Synonymia*. Vocatur Postæ & *curſus publicus*, ite *Evectio*.
- V. *Finis*, ut celeriter rescificatur, quid rerum geratur in variis partibus Imperii:
mandata deferantur per Imperium.
- Forma*. Imperator habet jus Postas universales per Imperium Romanum institui
endi.
- Modus habendi*. Habet hoc jus Imperator ita, ut deliberationes de Postis etiam in
Comitiis tractentur.
- (1.) per Informationem Bohemicam Matthiæ apud Reinking. p. 642 Ubi Impe-
rator assererat, daß die K nigliche Hoff-Post Ihrer Majest. und des H.
N mischen Reichs hohes regal sey.
- NB. Probatur (2.) per H. N. N rnberg 1522. g. Item isti bedacht, & Speyer 1542. s. damit man
auch iederzeit.
- (3.) Exemplo Anno 1579. Quidam generales Postas per Belgium & Italiam suis
sumptibus constituere ausus, prohibitus est a Cæsare.

Hic notatur
Jura hujus

TABULA XXXI.

De Jure (XXVI.) Represaliarum.

- I. *Synonymia*. Represaliæ etiam vocantur pignoraciones Reichliche Hemmungen. Auffhaltung.
- II. *Discrimen* inter *Represalias*, quæ sunt hujus loci, & *Arrestum* vulgariter dictum.
- Differunt autem { 1. *Objecto* { Arresto vincitur debitor ipse vel ejus bona.
{ Represaliis vincitur subditus (vel ejus bona) Principis aut Rei-
publicæ debentis.
- { 2. *Forma*. { Arresto vetatur corpus vel bonum loco moveri.
{ Represaliis attinetur & ducitur in locum securum.
- III. *Divisio* Repre-
saliarum. { 1. *Ratione Objecti*. { *Personas* seu corpora: *ad personam* Verstrickung.
{ Represaliæ si-
{ *Bona*: *evexen jacz pocs*, Wandung.
{ 2. *Ratione conditionis in Cives* { h. e. subditos Principis aut Status { Imperii.
{ *Objecto*; Aliæ Repre- { Exteros { externi.
saliæ sunt in
- IV. *Historia*. Olim Justinianus vetuit pignoraciones (in Cives) quia voluit controversias potius
judicialiter expediri, quam ejusmodi violentiæ & quasi bello.
Medio tempore apud Germanos, cum adhuc valerent diffidationes inter Principes Im-
perii, valuerunt quoq; inter eosdem pignoraciones.
Sed sæd. hodie unâ cum diffidationibus sublatae sunt, per H. N. Speyer 1570. s. wenn auch
die Arresta.
- Itaq; supersunt Represaliæ tantum in exteris.
- V. *Forma*. Sed has usurpare nemini licet, nisi habeat licentiam ab Imperatore vel Imperio.

Hic notatur

TABULA XXXII.

De Jure (XXVII.) Belli.

- I. *Distinctionis* Belli. Bellum distinguitur ratione
- | | | |
|---------------------------------|---|---|
| 1. <i>Forme in</i> | { | Offensivum |
| | | Defensivum |
| 2. <i>Causarum efficiens in</i> | { | Externum, quod geritur ab Imperio, Imperatore vel Statibus adversus hostem externum. |
| | | Internum, quod geritur inter Imperatorem & Statum vel inter Statum & Statum Imperii Romani. |
- II. *Applicationes* harum distinctionum, quæ consistunt in seqq. positionibus.
- I. Bellum offensivum in externos nomine Imperii decernere est jus Comitiorum. Probatur per R. A. Wormbs Anno 1495. s. Auch sollen wir, per Capit. Ferdinandi III. art. 11.
- II. Bellum offensivum Statu in externos licitum est illis per jura, quæ habent, Majestatis. Lampad. p. m. 296. n. 9.
- III. Bellum offensivum Statu in Statum olim licitum fuit sub conditione, ut diffidatio triduo ante mitteretur. Probatur per A. B. tit. 17. Hodie illicitum. Judicio enim, non armis experiendum esse, probatur per R. A. Augspurg 1548. s. Als welland & seq.
- IV. Bellum defensivum pro Imperio contra externum expedit Imperator arbitrata suo. Lampad. p. 290. Probatur ex Capit. Ferdinand. III. art. 11. in fine.
- V. Bellum defensivum contra externum etiam Statu non moniti à Cesare suscipere possunt, sed tenentur rem ipsi significare. Probatur per R. A. Augspurg Anno 1555. s. Und sollen in oberzehlten Fällen.
- VI. Bellum defensivum Statu contra Statum licitum est: per ord. Cameral. Vid. Lampad. p. 295.
- VII. Bellum defensivum Statu contra Imperatorem, quæ talem, non licet, nisi in eo bello pacta, capitulationes aut Statum publicum sollicitet.

TABULA XXXIII.

De Jure (XXIIX.) Fæderum.

- I. *Distinctio* Fæderis. Quod in Imperio Romano est vel
- | |
|---|
| Universales, quod scilicet nomine totius Imperii faciendum est ab Imperatore. |
| Particulares, quod sancit Status Imperii per se, |
- II. *applicatio* hujus distinctionis. Quæ consistit in his positionibus:
- I. Fœdus universale decernere est jus Comitiorum. Probatur per R. A. Wormbs Anno 1495. s. Auch sollen wir. Et quantum hoc jus postea in Capit. Ferd. III. art. 7. contractum est ad Consensum Electorum cum Cesare: Comitibus tamen iterum est redditum per Pacification. Olnabr. c. 8. & ita confirmatum in Capit. Leop. 321. 10.
- II. Fœderis particularis inveniendi jus habet quilibet Status pro se, dummodo nequid inerat contra Imperatorem aut Imperium. Probatur maxime per Pacif. Olnabr. d. 1.

TABULA XXXIV.

De modo perveniendi ad Imperium: Quid modus est Electio.

Circa Electionem Imperatoris Rom. considerande sunt tres quaestiones.

I. An sit? Seu, An Imperium Roman. hodie sit Electivum? Affirm.

Rationes (1.) Qui h. successivum esset, mortuis Imperatoribus succederetur vel ex testamento vel ab intestato. Sed nec ex testamento (nullum enim ostendi potest.) nec ab intestato (quia Carolo V. successit Ferdinandus frater, vivo Philippo Caroli filio) Ergo.

(2.) Quia singulorum Electiones demonstrari possunt ex historia.

(3.) Quia jurant in Capitulationibus, dass sie sich keiner Succession oder Erbschafft annahmen oder darnach trachten wolten. Adde hoc, quod utantur titulo Erz wuester Römischer Kayser.

(4.) Quia alias non opus esset Electorum conventu ad eligendum. Ipsorum Electorum dignitas esset nomen sine re: non posset evenire dissentio in suffragando, quae omnia absurda & experientiae contraria.

Nec obstat: Jam inde ab Alberto II. ad Leopold. I. continuè ferit pro annos 220. Imperatores omnes, numero XI. ex eadem familia Austriae fuisse.

Nam (1.) Causa hujus in eadem familia permanentis non fuit successio, (ut probatum est per rationem primam,) sed iustus ex causis facta, libera tamen Electio. Causae autem, quae hactenus moverunt Electores ad persistendum in hac familia, fuerunt praecipue, (a) quia nulla familia Turcae, qui gravissimus est Imperii Rom. hostis, potentius resistere potest; (b) quia nulla familia dignitatem Imperii valde pauperis melius sustinere potest.

(2.) Neque lex, neque consuetudo obligat Electores ad familiam Austriae. Non lex, quia talis nulla existit. Non consuetudo, quia vis ejus per art. Capit. [de quo ratione 3. dictum.] tollitur.

II. Quid sit? Definitur Electio à Sprengerò c. 4. p. 130. quòd sit actus legitimus, quo (2.) personae idoneae administratio Imperii Romani (3.) juxta praescriptam Aetate B. formam (1.) per Electorale Collegium aut partem illius majorem auferuntur.

In hac definitione differentia petitur (1.) à personis eligentibus: (2.) à personis eligendis: (3.) à modo eligendi. Unde de his singulis seorsim erit agendum.

I. Personae eligentes: sunt Collegium Electorale, in quo hodie sunt octo, de quibus suo loco. Tab. XLIV. & XLV.

Quod in definitione dicitur de majori parte, illud considerabimus Tab. XXXVI. sub concomitante 4.

II. Persona eligenda, seu is, qui eligitur, debet esse

1. Sexus, Mas. Feminarum enim non nisi in successione quibusdam habetur ratio.

2. Nationis, Germanus. Probatur [1.] è functione quaedam Ottonis III. cuius mentionem faciunt Spangenberg c. 153. Chron. Mansf. Philipp. IV. Chron. p. 608. & alii [2.] è testimonio Moguntini Electoris & Principum Imperii apud Scleidan. I. I. & VIII.

ratione } 3. Dignitatis, Princeps. Olim in Comitibus etiam [ut in Wilhelmum, Rudolphum, Adolphum] collata fuit Imperatoria potestas. Hodie vix admittit Status Rom. Imperii, ut alius, quam Princeps eligatur.

4. Status, Laicus, non Clericus. Probatur per Landrund Recht I. I. c. 2.

5. Religionis, Christianus. Probatur per legem des Schwabenspiegels lib. I. c. 21. & Sachsenspiegel I. III. art. 54.

6. Aetatis, nihil certi est definitum.

III. Modus eligendis de quo Tab. seqq. XXXV. & XXXVI.

III. Quotplex sit? Vid. Tab. XXXVII.

TAB. XXXV.

Modus Electionis in Actibus constituit, qui Electionem vel

(25.)
TABULA XXXV.

De modo Electionis. Cujus pleraq; continentur in A. B. tanquam norma.

1. *Locus, quo convocandi sunt Electores: qui* ^{ordinariè est Francofurtum ad Menum per A. B. tit. 1. §. Ubi est sitz segen und arden wir auch &c.}
extra ordinem & propter impedimenta potest esse & alia urbs, neq; hoc est contra A. B. ut patet ex verbis tit. 28. es wäre denn ic.

I. *Convocatio.*
 Ubi notetur.

2. *Tempus.* Intra mensem, quàm de morte Imperatoris cognitum est, Moguntinus convocat reliquos Electores, juxta A. B. tit. 1. §. Ubi das/ ut modo. Ob gravem tamen causam tempus hoc potest prorogari, ut factum meminimus in Electione Leopoldi.

3. *Persona convocans:* quæ est Elector Moguntinus, tanquam Collegii Decanus. Probatur per A. B. tit. 1. §. Wenn es aber ic. vel etiam tanquam Archicancellarius Germaniæ. Probatur è simili causâ per R. A. Anno 1555. f. 458. So ist dann ic.

(1.) *Antecedunt:*
 Hi sunt

Hic quaritur (1.) *An inde compareat Moguntino allequod in ceteros Imperium?* N. Nam eo officium negligente, ceteri non vocati convenire possunt ad eligendum per A. B. §. cit. Wenn es aber.

(2.) *An Moguntinâ sede vacante Capitulum habeat jus convocandi?* N. Quia privilegium hoc est personale, & competi Moguntino, ut Principi Imperii simpliciter, non ut Personæ Ecclesiasticæ: Spreng. p. 142.

II. *Salus conductus.* Debetur ille Electoribus aut eorum Legatis, si velint, ab omnibus iis, per quorum territoria proficiuntur per A. B. tit. 1. ab initio.

III. *Comparatio:* Immediata & in propria personâ.
 quæ vel
 Mediate: cujus
 duomodi

1. Si quis Colectoris permittit suffragium suum; quo in casu Elector duo habebit vota.

2. Per Legatum, sed cum perfectissimâ plenipotentiâ, (h. e. non restrictâ ad certam familiam l. personam,) cujus formula habetur in A. B. tit. 19. instructum. Mentio hujus plenipotentiæ est in A. B. tit. 1. §. Ubi das & §. Und welcher. Unde nec per literas suffragium mitti potest, quia tale votum est restrictum.

Hic quaritur (1.) *Quid si quis Elector plane non compareat, aut compareat quidem, sed ante actum eligendi desinat suum locum?* Resp. Is privatur suo voto, per A. B. tit. 1. §. Und welcher. (2.) *Quid si veniat inchoatâ quidem electione, sed nondum finita?* Resp. Is admittitur ad eum statum in quo tunc res est, per A. B. tit. 2. §. Wann aber/ibi. Und ob. (3.) *Quid si major pars emanat, vel discedat, possintne eligere reliqui?* Resp. Possunt.

IV. *Deliberationes de Capitulatione.* De quibus notetur decretum Collegii Electoralis Francof. 27. Junii. 1678. annexum Capit. Leopoldi, des Inhalts: *Es wolt ein Hochlöblich Churf. Collegium aus sonderbahren erheblichen Ursachen vor dieses mahl geschehen lassen/das so wolt auswerige Potentiaten und Republicken Dorfschaften Besandten und Abgeordnete/als aus andere allerhand Siendes personæ publicæ bey zeitiger wehender Capitulation und andern zu der Wahl gehorenden Deliberationibus sich in Francofurt am Mayn auffgehalten: so soll doch solches ins künfftige von niemand in Consequenz gesagen/oder aber wieder die Guldene Bull die Churf. Präeminenz und in diesem fall austgehenden sonderbahren Rechts allegiret oder missgebeuret werden.*

(2.) *Concomitantur:*
 (3.) *Consequuntur:*

De his vide Tab. seqv.

D

Tab. XXXVI.

Modus Electionis in Archibus constitit, quæ Electionem vel

TABULA XXXVI.

quæ est Continuatoria præcedentis.

De Actibus Electionem concomitantibus & consequentibus.

II. Concomitantibus
Electionis
III. Consequentibus

- I. Electoribus in æde Senatoriâ congregatis præfatur juramentum securitatis, per A. B. tit. 1. §. Wir beschlen.
- II. Proceditur in templum S. Bartholomæi, & celebratur Missa, juxta A. B. tit. 2. ab initio. NB. Hodie Aug. Conf. Principes vel Legati solent abesse ab actu Missæ.
- III. Præfatur ab Electoribus juramentum: cuius formulam antiquam vide in A. B. tit. 2. §. 34 N. Erbschhoff. Hodierna sic clauditur: Ita me Deus adjuvet & S. ejus Evangelium.
- IV. Seceditur in conclave ad actum ipsum Electionis. In quò primum votum hodie est penes Trevirensium, per A. B. tit. 4. §. Ferner so offti/ibi. so soll der Egehennara.
Ovaritur (1.) *Quid si vota dissident?* Resp. Electus ille censetur, quem plures elegerint: seu, valet pluralitas votorum, per A. B. tit. 2. §. Wenn aber an den Ort. NB. Hinc existimant quidam probari posse, Electores eligere non ut singulos, sed ut universos. Verum de hac consequentiâ dubitare licet per ea, quæ disputat Dn. Strauch Exerc. Exoteric p. 44, 45.
- (2.) *An aliquis à ceteris electus suo ipsius suffragiò numerum suffragantium augere possit?* Aff. A. B. tit. 2. §. ult. *Ob damnerey.*
- V. Vota Electorum in Scripturam rediguntur Electorum sigillis confirmatam. Spreng, p. 147.
- VI. Moguntinus accessitò populò Electum renunciat, vel, si præsens est, in æde Bartholomæi sistit, Spreng, d. l.
- I. Potestatis Imperatoriæ plenaria attributio. Ubi nota:
 - (1.) *Hodie Imperatoribus per Electionem conferri Majestatem non plenam & absolutè Monarchicam, sed certis limitibus restrictam:* ut partim intelligi potest è tractatu superiore de Regalibus Imperatoris; partim è singulorum Imperatorum Capitulationibus: quæ sic vocantur, quia pacta sunt quæ dâ certis capitulis, seu articulis cõprehensa.
 - (2.) *Quicquid tamen Imperator Romanus, quâ ralis, habet potestatis, illud non alunde pendere, quam ex Electione, non vero ex Confirmatione Papæ.* Probatur per verba Decreti ab Imperiò sub Ludovicò IV. facti Anno 1378. quæ recitantur ab Aventino Lib. VII. fol. 621. 622. Neq; v. antiquatum esse postea hoc decretum (ut perperam scribit Panvin. c. 13. de Comitibus Imper.) patet ex A. B. tit. 2. §. Und diemel bieses. & ex initio Capitulationum.
- II. Coronatio: Ubi nota.
 - (1.) Coronatio olim triplex fuit, nempe

1. Germanica	} propter Germaniæ	} Et harum	} Aquisgranensis	} mentio est
2. Lõgobardica	} Regnæ	} f. Italicæ.	} duarum	} in A. B. tit.
			} Mediolanensis	} 26.
 - (2.) Hodie verò sola adhibetur Germanica. Carolus V. ultimus fuit, qui Papalem coronationem ambiret, & Bononiæ impetraret. Et hæc de Germanicâ quæri solet:
 - (1.) *An sit necessaria ad præfatem Imperatoriam consequendam?* Resp. Neg. Quia sola Electio ad illam rem sufficit. Est tamen honesta & decora.
 - (2.) *In quâ urbe peragenda sit coronatio?* Resp. A. B. tit. 28. §. Wir befinden auß. Aquisgranum nominat, sed tamen ob impedimenta sæpe & alibi facta est.
 - (3.) *Cantum Archi Episcopo conveniat coronandi jus: Moguntino, an Colonienfi?* Resp. De hac re superioribus annis hi duo Electores litigârunt: Sed hæc lis amicè inter ipsos composita, & illa compositio art. 37. Capitul. Leopoldi confirmata est. Cantum autem est in illâ compositione, ut uterq; habeat jus coronandi in suâ Diocesi; extra eam verò alternet.

TABULA XXXVII.

De divisione Electionis: ubi & de Rege

Romanorum.

Ordinariam: quando vacante Imperio l. per mortem l. per resignationem l. depositionem Imperatoris Electores ad Electionem novi Imperatoris legitimò modò accedunt. Spreng. p. 130. Et de hac potissimum intelligenda sunt, quæ diximus hæctenus.

I. Definitio: quando vivente adhuc & nonnunquam consentiente Imperatore Electores ad Electionem Regis Romani se accingunt. Spr. d.l. & p. 155.

II. Synonyma. Hanc electionem quidam, (ut Paumeist. p. 507. de Jurisd. & Panvin. c. 5. de Comit. Imper.) vocant quasi contractam (sicut ordinariam, liberam) sed minus bene. Habent enim in eâ Electores non minus libertatis, quam in ordinariâ, ut docebunt Quæstiones sequentes.

III. Quæstiones. 1. Cujusnam est statuerè, an talis electio sit è re imperii? Resp. Electorum: probatur per Cabauschen Vertrag apud Limnæ. Lib. II. p. 167.

2. An etiam invito Imperatore possunt Electores eligere Regem Rom.? Affirm. per Capit. Ferdinand. III, art. 38. sonders Wir burgischen &c.

IV. Finis. 1. ut evitetur interregnum. 2. ut absente fortè Imperatore sit, qui vices ejus obeat. Idem significat, quod Imperator Romanus.

I. Homonymia. Rex Romanorum inter-distinguitur ab Imperatore Rom. & significat eum, qui Electus est vivo adhuc, & rerum potestè Imperatore. Et ita h. l. Quo antem sensu in A. B. vox Regis Roman. usurpetur, dubium faciunt Doctores.

II. Definitio: Rex Romanorum hîc vocatur, qui vivo Imperatore Electus est ad spem successions indubiam.

III. Discrimina: Quæ sensibilia inter Regem, Rom. & Imperatorem Rom. hæc sunt

- (1.) Imperatoris signum est Aquila biceps; Regis simplex.
(2.) Imperator Bulla, Rex Rom. sigillo tantum utitur.
(3.) Imperator vocatur Semper Augustus. Rex tantum Augustus.
(4.) Imperator Regem vocat tantum Ihre eden. Rex contra Imperatorem Ihre eden. und Majest. vel etiam Dominum suum.

(1.) Sine ordinaria seu propria, an delegata? Resp. Ordinariam illi tribuunt Becker p. 136. & Spreng. p. 156. Delegatam Paumeist. p. 61. de Jurisdictione & Dn. Carpz. p. 672. in Leg. Reg. Germ. Et hæc posterior sententia melior videtur. Quia si Rex Rom. haberet jurisdictionem ordinariam, immineret vivi Imperatoris jurisdictio: cum tamen hujus electionis finis non sit vivi Imperatoris potestatem imminuere, sed tantum certæ personæ successiorem in antecessum conferre.

IV. Potestas seu jurisdictio: de qua quaritur

(2.) Quanta ea sit? Resp. id judicandum est ex cunctis; Regis propriâ Capitulatione potius, quam altunde. Sic Ferdinandi I. Regis Rom. longè uberius fuit potestas, quam Maximil. II. & Rudolphi II. Lampad. p. m. 232.

Electio distinguitur in

Extraordinariam Cujus

Effectus: facere Regem Romanum. De quo notetur

*De modis, quibus Imperium Romani Imperatoris
 desinit: ubi & de Vicariis Imperii Romani.*

Circà modos, quibus Imperatoris Romani desinit Imperium, observanda Modorum

(Drosio. Tribus enim modis Imperatoris finiri potest Imperium: qui sunt

I. *Mors Imperatoris, de qua res est clara. Et hic modus ceteris evenit frequentior.*

I. *An Imperator Romanus deponi possit? Aff. Rem probant exempla, quæ
 sex memorantur.*

- | | | |
|----------------------|----------------------------------|------------------|
| 1. Friderici II. | } qui à Papâ solo | } depositi sunt. |
| 2. Ludovici Bavari. | | |
| 3. Henrici IV. | } qui à Papâ & Electoribus simul | |
| 4. Ottonis IV. | | |
| 5. Adolphi Nassovii. | } qui ab Electoribus solis | |
| 6. Wenceslai, | | |

II. *Depositi-
 ubi quari-
 tur*

II. *Quis habeat jus deponendi Imperatorem? Resp. Olim hoc jus usurpabant
 sibi Pontifices vel soli vel cum Electoribus, ut priora quatuor exem-
 pla demonstrent. Sed hodie ea potestas rectius Papæ negatur, & sta-
 tibus junctim, vel etiam Electoribus solis competere statuitur. Vid.
 Sâden Nathsflog, p. m. 43.*

III. *Quenam causæ iuste sint depositionis? Resp. Olim satis causæ videbatur,
 si Papa excommunicasset Imperatorem. Hodie vix aliæ iustæ causæ
 habentur, quàm in quibus jure armorum resisti ipsi queat.*

III. *Renunci-
 catio spon-
 tanea, ubi
 quari-
 tur*

I. *An Imperator habeat jus renunciandi? Aff. Probatur Exemplis, quibus non
 est contradicendum. Uti enim sunt hoc jure Lotharius I. & Carolus V.*

II. *Cui debeat fieri renunciatio? Resp. Non Papæ, sed Imperio. Cum post ab-
 dicationem Caroli V. Successor ejus Ferdinandus Paulo IV. Papæ
 observantiam suam per legationem declarare vellet, Legatus ejus
 Martinus Gusmannus speratus fuit à Papâ, indignationem præ se fe-
 rente, quod Carolus se nec sciente nec probante renunciasset. Sed
 Ferdinandus hæc morositate offensus revocavit Legatum, neq; un-
 quam ambivit coronationem Papæ.*

Consequentiæ seu Affectiones. Aut enim desinit Imperium ita, ut Interregno

*nullus sit locus: si videlicet vivo adhuc aut regnanti Imperatori adjunctus fuerit Rex
 Romanorum, cum spe successionis indubiæ.*

*Si locus: pura si Successor sit incertus, atq; futura demum Electione pendeat. Atq;
 hoc in casu ad incommoda Interregni evitanda, placuit lege publicâ, (quam habes
 tit. 5. Aureæ Bullæ) sanciri certos Imperii Romani Vicarios. Quorum notetur*

*I. Descriptio à certis, quæ in eos competunt, prædicatis. Talis enim Vicarius com-
 mode appellabitur (1.) hodiernus, (2.) Imperii, (3.) per Germaniam. Distingui-
 tur autem vi prædicati*

primi à Vicariis antiquorum temporum, quæ statim Tab. I. semel exclusimus.

*Secundi à Vicariis hodierni quidem status, sed qui vicem subeant non tam Impe-
 rii sub interregno, quàm Imperatoris citrà interregnum. Quales sunt:*

Rex Romanorum, de quo Tab. præced.
*Alii, quos Imperator, si extrâ Germaniam abeat peregrè, aut aliis forte
 in casibus legitime constituit sibi. Ubi nota, per hos tales Ordina-
 rii Imperii hodierni Vicariis non præjudicari.*

*terti à Vicariis per Italiam, quales sunt Duces Mediolani, Sabaudiz, Mantuz,
 Mutinæ, atq; alii. Quos sunt qui perpetuos vocant, ut nostri sint tem-
 porarii; hæreditarios particulares appellat Sprengerus.*

II. *Numerus. Duos hæc memorat A. B. & quidem definite Palatinum & Saxonem. Quod
 autem non ita pridem post obitum Ferdinandi III. priorè Vicariatium præter
 Palatinum etiam Bavarus usurpavit: controversiâ id habet nondum decisam.*

III. *Discrimen à finibus, quibus uterq; Vicariatus circumscribitur. Palatini videlicet,
 ubi Francanicum, Saxonis, ubi Saxonicum Jus obtinet. Hic nota, respiciens-
 dum esse ad Aureæ Bullæ tempora. Post quæ, si quid hic forte mutatum, Vi-
 cariatui tamen nihil decedit. Hinc formula Vicariatu nupero usurpata: in
 den Lânden Sächsischen Regiens/und an Orten in solch Vicariat gehörend.*

IV. *Potestas: petenda ex verbis A. B. junctâ consuetudine.*

TABULA XXXVIII.

De Augustâ, hoc est, Romani Imperatoris
Conjuge.

Circa Romani Imperatoris Conjugem quærantur hæc tria:

- I. Unde nomen hoc habeat? Resp. A Marito, quoniam solet ille cognominari *Augustus*, Respice ad Tab. IV.
- II. An habeat potestatem? N. Hoc enim in Regno Electio indécens fit. Quare nec in eam committi potest crimen lætæ majestatis: nisi in quantum per lætus ejus tangitur Imperator ipse. Verum hæc ratio, si sit accurate loquendum, non tam in *Augustam*, quam in *Augustâ* (quâ distinctione hic utuntur nonnulli,) committitur crimen Majestatis lætæ.
- III. Qualem ergo dignitatis gradum ea obtineat? Resp. In genere, vel hoc ipso eximiam ejus dignitatem esse oportet, quia Conjuges est Imperatoris. In specie verò digna, quæ assumuntur, sunt sequentiâ:
- (1.) Solet coronari. Qui quidem ritus ante *Matthiæ & Ferdinandi III.* tempora per 200. annos intermissus fuerat.
- (2.) Tribuitur ipsi titulus *J. R. Marit.* Sed hic distingve inter Majestatem titularem & realem. Sic Electorum Conjuges vocantur *J. Churs. Duchs.* licet Electoralis ipsa propriè dicta dignitas in feminam non cadat.
- (3.) Solet ipsi permitti ab Imperatore Exercitium Juris primariorum precum ad Abbatissas, tanquam Regalis sui sexui sub hæc restrictione non inconvenientem. Vide supra Tab. VI. n. 4.
- (4.) In processionibus habet locum post Regem Bohemiæ per Aur. Bull. Tit. 26. §. 6. *foli. auct.*
- (5.) Habet suum Archicancellarium, qui est Abbas Fuldenfis: per *J. X. Auesp. 1566.* in Catalogo præsentium. Officium ejus est, cum Imperatricem sive Reginam Romanorum coronari, aut in veste Imperiali seu Regiâ federe vel stare contigerit, ut ipse coronam, quoties ita mos vel ordo postulat, à capite Imperatricis deponat, retineat interim, atque suo tempore reponat.
